


rrlna hæC stlrpls anas, aD aqVas eXporriglt aLas
 sors InfaVsta rVat; gratla Magna flVat.



roma CVI est oriVs, preCor Veslnt sIDera portVs
 zerge InqVire Vlas o generosa rrlas,

193
 & opulente
 abantur;
 rum dientes Col
 fien Provincias,
 & speciosum man
 Tamen usq;
 acue regiam
 rezabo: beatus
 Archidapfer
 teres.
 us nolite Germa
 nam venerabilis
 norum Patronum.
 ellu nolite angebr
 o lapere nolitum
 onilio factus fit
 amitate noj.
 ulipam agnolite m
 fultum taci micti
 a villicia recoparv
 isa nova Burgundia
 m dum careres
 tanti genalo impu
 Archidapfer
 gulum diten.
 abbonentia Legato
 scholasticas vocat
 satis apui
 casas praxer enerr
 ne irem ad Prens
 a retraheret.
 minissimo LEON
 nomine, ille repi
 demus est.
 erici non te fibere
 natus permittis
 em tuam, & alip
 a Boporum gluz
 Regulorum
 F. N. S.

TRIAS
BINIS AQVIS INNATANS, IN ANATIBVS B
TRIBVS PER AGGEREM DIVISIS CORVSCA

vid. Agal.

Id est,

philosophia Unversa ægldiano-avgvstiana
In tres Classes ntlidè Dlstribvta,

PER ILLUSTRUM AC GENEROSUM DOMINUM
D. FRANC. NICOLAUM HUBERTUM

L. Baroni ab Eynatten de Neverburg, Domino in W
navv, &c. Serenissimi Electoris Palatini Consilia-
rio Aulico, &c.

Domino Meoenati nostro Gratosissimo,

EX HUMILI FLAGRANTE AVGUSTIANA CORDIS VOTO PRÆSENTATA,

Quam

Sub Præsidio

R. R. P. P. Bernardi Harter & Adami Schmitz Ord E
S. P. Augustini SS. Theologiæ Baccalaureorum & Philosophiæ Lectorum

Publicè propugnabunt

Religiosi Fratres ejusdem Ord. & Voti,

F. Michael Gaffney,
F. Gerardus Junck,

F. Hyacinthus Dorthu,
F. Sebastianus Schvvan.

In Conventu Frauweilerano R. R. P. P. Augustinianorum.

Mane Hora 8. post Prandium Hora 1. Die 11. Aprilis.

COLONIÆ, Typis Jacobi Meyner Bibliopoli an der hoher Schmid.

Adm. S(I) 50 Schenpfennig



PALLAS LITERATA

Ad Studiosos Tricoronatos.



Estā cohors Juvenum, pars non inhonora juventæ;
Inter Discipulos gloria prima meos:
Quam bene præ reliquis Tibi contulit alma *Corona* (a)
Agrippina suas: nec fuit una fatis.

Hinc dare tres voluit, quia Te meruisse sciebat:

Gloria pro merito qua venit, aqua venit.

Et modò, namque scio; & quare manifesta negabo?

Debetur meritis Trina Corona tuis.

Ille sacrae Pietatis amor sibi vindicat unam:

Altera sunt Studio præmia digna Tuo.

Tertia Doctrina merito decreta Corona est:

Cujus Tu specimen sæpe dedisse soles.

Hac trinā Tu laude places ter digna Juventus;

Sed neque non triplici laude placere potes.

Nam Schola, quā faciles musasque, artesque doceris,

Non est nequitia, desidiaque domus.

Alvear est, nocuis Scarabæos sordibus atros

Ejicit, & Bruchos, turpe, pigrumque genus.

Indocilesque regi, natasque in vulnera Vespas, (b)

Agmina virgineo perniciofa gregi.

Et Bucos, pecus ignavum, à præsepibus arceat:

Non est conveniens segnibus iste locus.

Hic solæ tolerantur Apes, quæ sorde carentes

Ignorant socias labe notare suas.

Atque operum studiosa cohors pigra otia vitat,

Nec finit ignavos præteriis se dies.

Incolit hanc etiam Doctrina diserta palæstram:

Hic habeo cathedram Pallas honora meam.

Nam quamvis habitem centum latissima Regna,
 Sexcentâsque urbes, & Dea mille domos.
 Usque Scholas habito, quas signant nomina JESU;
 Gravior his alia est nulla palæstra mihi. (c)
 Hic mihi sunt Fratres, hic sunt mihi mille Nepotes,
 Junctæque cognato plurima turba gradu.
 Quid memorem sacro redimitos murice frontem;
 Quis que tegit celebres Infula digna comas?
 Pallavicinos, & cum Lugone Toletos?
 Et Bellarminos, nomina magna Virum
 Quid referam Suares, & Te, qui jure vocaris,
 Ut plus non fueris, maximus à Lapide?
 Kircheros, Layman, Oviedos, cùmque Rodriquez
 Bollandum, & Socios, Historicósque Stradas:
 Et bis mille alios, quos edita scripta loquuntur,
 Et tulit ad geminos conscia fama polos.
 Quos inter Latia decora immortalia linguæ:
 • Guinifius, Scotus, Tûque Radere venis.
 Cum Bidermannis Maffæi, Tûque celebris
 Alvare, Grammatici Dûxque, Capûtque chori.
 Quique per ambrosiæ viridaria florida Suadæ,
 Libâstis dociles ore frequente favos:
 Sive meis juncti sùpremo Helicone Camœnis
 Pocula Castaliis plena bibistis aquis.
 Mascule, Vincarti, Belgarum gloria Walli,
 Sidroni, & latiâ Balde canore lyrâ.
 Non memoro reliquos; (quis enim numeraverit omnes?)
 Quotquot Apollineos incoluere lares?
 Namque recordor adhuc, dum vos sùprema tenerent
 Verticis, A lati quà fluit humor equi.
 Et Musarum inter consortia sedula pleno
 Guttore Pegaseas combiberetis aquas:
 In pede, quos æquus rejecit A pollo, jacebant,
 Indociles Clarii scandere summa jugi.
 Quæque inter calices Vobis, incautâque labra
 Fortè Caballinæ gutta cadebat aquæ;
 Aut dum casu aliquem evertit Pincerna culullum
 Desfueret madido parvula stilla jugo.

Ambro

Ambrosium patris
 Lambentemque a
 Talibus alma Colo
 Nisiens caudex
 Ingenios poteris di
 Et studis animos
 Tu poteris atque fac
 Perge frequens in
 Atque viros inter do
 In quædam reter

NOT

Anno M.D.LVII.
 Societas JESU ab
 Ex Regalis, que Sina
 Quissem emendatio
 rionibus fuerint, Sciam
 in horum, que de scrip
 Interpretæ Concilii T
 Reformat, cap. 1. m. 3.
 dicitur est Grammatic
 ce, ceteris antepone
 re, ut proprius, Sic, p. 1.
 quæ, quæ in Urbe Societ
 Anglicano, Satis, Græc
 Quædam Imperatores, &
 nulli, nisi deo, Constan
 quæ Pons sanctum nomi
 quæ dicitur, quæ quam re
 dicitur amicos, quæ par
 ticularis, & ore, & talis
 Societatem JESU
 quæ per seculo, 1. cap.
 D.LXXXIV, non tam
 quæ Diploma eadem po
 tuerit, & c. 5. Aut
 quæ, Se Societatis J
 tatis & alia ministeria
 quæ dicitur in quædam

Ambrosium patulo captabant ore liquorem ;
 Lambebantque avidis munera grata labris.
 Talibus alma Cohors Tu Præceptoribus usa,
 Ni fueris caudex, & sine mente pepo ;
 Ingenuas poteris didicisse fideliter artes,
 Et studiis animos excoluisse tuos.
 Tu potes, atque facis : modò perge industria pubes :
 Perge frequens studiis invigilare meis.
 Atque viros inter doctos numeraberis olim,
 Inque suum referet Frater Apollo chorum.

NOTÆ in Elegiam præcedentem.

(a) Anno M.D.LVII. vigesimo octavo Jan. Gymnasium Trium Coronarum cura Societatis JESU ab Amplissimo Magistratu Coloniensi commissum fuit.

(b) Ex Regulis, quæ Studiosis Societatis observanda præscribuntur, septima est ista : Qui spem emendationis non ostenderit, aut ceteris molesti, sive exemplo suo perniciosi fuerint, sciant se ex nostris Scholis esse dimitteudos. Hæc regula ubique locorum, quo disciplina & integritati consulatur, rigide semper observatur.

(c) Interpretes Concilii Tridentini in observat. declarat. ejusdem Concilii ad Sess. 23. de Reformat. cap. 18. n. 33. ita pronuntiârunt : Ante omnia in Seminariis constituendus est Grammaticus, & Musicus, qui pueros instruant ; & si reperiantur Jesuitæ, ceteris anteponendi sunt. Vid. Cardin. Sportiam Pallav. in vindic. Societ. Gomez in propug. Soc. p. 1. clus. 3. n. 2. & alios. Exemplo suo præverunt Summi Pontifices, qui in Urbe Societatem JESU, Collegiis Romano, Germanico, Hungarico, Anglicano, Scoto, Græco, Hiberno, Maronitico, & Seminario Rom. præfecerunt. Hos secuti sunt Imperatores, Reges, Principes, aliique : ex singulis unus sufficiat. Ferdinandus II. cui post Constant. reſte Nuncio Apost. Ecclesia parem non habuit, quemque Urbanus Pont. Sanctum nominavit, jam inde à puero literis & virtutibus per Societatem institutus, plus quàm 10. Gymnasia & domicilia Societatis erexit & fundavit ; duodecim omnino instantavit, & liberalissime dotavit. Hic Imperator se Filium Societatis, & ore & calamo profitebatur ; solitus frequenter dicere : Spero meos Filios Societatem JESU amatores ; id si fecerint, felices, ac beati erunt. Vid. imag. primi seculi lib. 5. cap. 9. fol. 660. Philippus II. Rex Hispaniarum Anno M.D.LXXXIV. non tantum insigni encomio Societatem exornavit ; sed publico etiam Diplomate eidem potestatem fecit toto Belgio Domos & Collegia adificandi. Ibidem lib. 6. c. 5. Alexander Farnesius, Dux Parmensis, & Governator Belgii, asserbat, Se Societatis JESU constitutum in aliqua urbe Collegium, propter Scholas & alia ministeria, arci munitionibus validæ, & à milite, omnique apparatu bellico instructissimæ anteferre. Ibidem lib. 3. Orat. 5.

(d) *Clemens VIII. apud Adam. Contzen Polit. l. 6. c. 28. §. 7. dicit, Societatem 7ESU esse Societatem ingeniorum. Urbanus VIII. in Breui ad Reg. Polon. vocat Scholas Societatis Gymnasia Sapientiæ. Ludovicus de Valencia Minister Provinc. Lector Theologiae jubilatus & Qualificator S. Officii Inquisit. in Approbat. Tomi de Mariana devotione per P. Christoph. de Vega conscripti, vocat Societatem 7ESU totius doctrinæ, & eruditionis exemplar. Antonius Zara Episc. Petinensis in Anaton. ingeniorum ses. 1. capite unico, vocat eandem Scientiarum emporium. Caspar de Villaroel Archiepisc. Charchensis Ord. S. Augustini Scriptor doctissimus in Conc. Canoniz. et. S. Ignatii fol. 6. dicit, Adeo literis instructam esse Societatem, ut si illæ interirent, in istâ reperiri possent. Petrus Aloysius Episc. Tricariensis & Apost. Nuncius, Glorior (inquit) me à pueris educatum fuisse disciplinâ Patrum Societatis, vel ex eo capite, quòd is Ordo Viris eximiis abundet in omni eruditionis laude. Vid. Tom. 1. operum P. Drexelii in initio.*

(e) *Jacobus Spinosa Cardin. & Saguntinus Episc. cum assensu totius Cleri pronuntiabat, ad depellendam ignorantiam, & addiscendas artes ingenuas, nullam præsentiorum offerri, quàm Societatis doctrinam.*

(f) *Iustus Lipsius, vir qualis, & quantus? in Cent. 3. Miscell. Epist. 30. fol. mihi 29. ad P. Raderum Soc. 7ESU, ita scribit: Amicum me totum Societati Vestræ esse, quidni profitear? quæ prima literis his, aliisque me imbuit, quæ salutaria in omnem vitam præcepta dedit, & prævit. ibid. Ep. 34. ad Jacob. Pontanum S. J. ita scribit: O institutionem vestram olim mihi utilem! inhæret ea, & inhæret, ac illa Pallas fuit, quæ inter tempestates, imò naufragia hunc servavit Ulyssem.*

C O R O N A I
PIETATI JUVENTUTIS TRICORONATÆ
D E B I T A.



*P*ietas ad omnia utilis est,
præsertim ad illam Sapientiam,
quæ non est stultitia apud Deum;
Hæc enim initium habet Timorem Domini,
& non intrat in malevolam animam,
neque habitat in corde, subdito peccatis.
Lac puerorum est pietas;
Quisquis hunc succum non hauserit infans,
Nunquam crescet in virum, secundum cor Dei.
Adolescentes teneræ stirpes sunt:
Nisi his surculis continuo rorem pietatis asperferis,
vel stirpitus exarescunt,

Hanc enim publico devotionis Sacramento
 in Magistram elegistis,
 Adolescentes Parthenii,
 Quando saxeam in areâ Tricoronati Gymnasii Statuam,
 In perpetuum Mariana Pietatis monumentum
 DeVotI CLientes

Marla Virgini e XstrV XerVnt:
 Non possunt enim non esse Discipuli pii,
 qui sub disciplinâ versantur illius,
 quæ Magistra est pietatis.
 Pergite adolescentes optimi,
 etiam ubi emeriti fueritis artium Studiosi,
 esse alumni pietatis;
 Et in Scholâ Christi scientiam Sanctorum edocti,
 Trium Coronarum Discipuli,
 fulgebitis aliquando in cælis inaugurati Magistri,
 sicut stellæ in perpetuas æternitates.

NOTÆ super hanc Inscriptionem.

- (a) *Gregorius XIII. in speciali Breui in favorem Archi-Duc. Acad. Molzheim. hoc elogio pietatem, quâ Societas Juventutem erudit, commendat: Societatis homines Juventutem, à quâ totius Ecclesiæ incolumitas pender, non minùs Christianis moribus, quàm liberalibus disciplinis indefesso labore, singularique industriâ imbuunt. Varii etiam Antistites asseruerunt, Seminarium Religionum Societatis JESU Scholis contineri: & Leopoltanus, Archi-Episcopus Polonus, ut alios plures præteream, non semel professus est, Se, si quid in studio pietatis profecisset, Societatis JESU institutionibus profecisse. Vid. Gomez in propag. Societ. fol. mihi 91. & 109. Urbanus VIII. in Breui Apost. ad Regem Polonia miso, de hominibus Societatis ita loquitur: Qui lacte pietatis juventutem nutriunt.*
- (b) *Sodalitas Mariana, Gymnasii Societatis propria, à Gregorio XIII. confirmata, ab eodem & aliis Pontificibus variis Privilegiis locupletata, tantam habet à suâ Præsido Mariâ dignitatem, ut & primi Ecclesiæ Proceres, & Imperatores, ac Reges sibi gloriæ semper duxerint audire & esse Sodales B. Virginis; sed neque literatus ferè quisquam est, si Mariam diligit, qui non aveat, suum nomen in Album Sodalitatis Mariana referri. Ventsiensis Antistes apud Gomez fol. 109. tanti aestimabat Sodalitates Parthenias, ut diceret: plus se gloriari, quòd inscriptum nomen Sodalitati Mariana haberet, quàm in iurâ suâ & Episcopatu.*

D E
 Mariana Statua
 STATUA columna im
 bus, cujus capitegitat
 stem JESUM; pedes
 capite est, alia pedes
 cantant, octogona est, q
 careoque insignita
 Orientem aspiciat, leg
 Virgo Dei
 Vile IV
 In parte oppositâ ex
 Terra V
 Et vete
 Parthenia, qua M
 AVIII
 Quarta denique Sep
 Hic est p
 IL Lib
 Vna
 Mitis pars babs, e
 legenda præbet chi
 ad cultum Matris
 Venti
 nec Ma
 Et V
 Secundum, Adolesce
 2. Sept. 9
 700

DESCRIPTION

Marianæ Statuæ in atrio Tricoronati Gymnasii erectæ.

STATUA columnæ imposita, refert imaginem sinè maculâ conceptæ Virgini-
nis, cujus caput tegitur coronâ stellarum duodecim ; brachia complectuntur
Infantem JESUM ; pedes continent Draconem infernalem. Structura tota ex
secto lapide est, alta pedes triginta quinque ; figura basis, quam Angeli quatuor
circumdant, octogona est, chronicis variis, quâ graphicis, quâ metricis, caractere
albo, aureo que insignita. In lapide quadrato, cui scapus columnæ insistit, quâ
parte Orientem aspicit, legitur hoc Chronicum :

*Virgo Deipara Labis originaria exPers,
Vble IVentVils TrICoronata Magistra.*

In parte oppositâ ex Andream Cretensî habetur :

*Terra Virginalis, ex qvâ novV's,
Et Vetere antIqVlor proCessit ADAM.*

Pars tertia, quæ Meridiem excipit, ex Georgio Nicomed. exhibet :

*AVXILIATRIX Vera eandem qvarenis,
& InVoCantis.*

Quarta denique Septentrioni obversa, habet ex Origene :

*Hæc est parens VnigenitI FILII, Digna Digni,
ILLibata, & sancta sanctI,
Vna VniV's, Vnica VnICI.*

Media pars basis, quæ totam molem sustentat, quaternâ facie, totidem
legenda præbet chronica. Primum invitat Adolescentes Tricoronatos
ad cultum Matris suæ his verbis :

*Venite FILII, avDite:
Hæc Mater novA est EVA :
orate aVe,
Et Vos servabite à Va.'*

Secundum, Adolescentes dycolos è Gymnasio proscribit hoc anathemate :

*Exeste, qVos scabiosa Labes INFCIVNIS:
Tota pVLCra est hæc Virgo,
non pativt MACVLas.*

Ter-

Tertium navos arcet à Virgine, hac factâ ad Serpentem allusione:
rrVlstra qVærls In Corpore VirgInIs
MaCVLas serpentIs:

sVb pLantIs VirgInIs CaLCatVs JaCet.

Quartum dirigitur ad Infantem, maternis brachiis inhærentem, & eundem Serpentem, Virgineis pedibus contritum, hoc epigrammate:

nOLl rogare,

qVare In aMpLeXV VirgInIs sIt Infans,

sVb pLantâ JaCeat serpens?

Virgo Ista Infantes LaCtat ;

serpentes CaLCat.

Pars infima basis refert sequentia. Frons, quæ plateæ obvertitur, in scriptum habet:

MarIæ VirgInI DeVotI CLientes
eXstrVXerVnt.

Latus primum octogoni minus ex S. Augustino habet:

HÆC EST FORMA DEI.

Secundum ex Andreadâ Cretenâ: STATUA à DEO SCULPTA ;
quibus in latere octogoni majore, hoc respondet Chronometrum :

HæC statVa est pVra , est à NVMIne sCVLpta rIgvra ,

nIL habet aVt LabIs , VeL pVLCro In Corpore tabIs.

Tertium habet illud S. Bonaventuræ : OPUS DIGITORUM DEI ;
cum hoc Chronometro leonino in latere majore :

effIgleM hanC plnXIt DeVs , & sIbI gratIa rInXIt :

non poteras sæVos InflIgere tartare nãVos.

Quartum dat legendum illud S. Thomæ : IMAGO DIVINÆ BONI-
TATIS, cum hoc Chronico, lateri majori impresso :

non est Labes In hæC VirgIne ,

neqVe rVIt , aVt esse oportVIt ;

qVIA est IMago DIVInæ BonItatIs ,

Singuli Angeli sua ostentant symbola, quibus aliqua Virgineæ Matris prerogativa figurantur. Primus eorum arcam Noë ostendit cum Lemmate : EXTRA HANC NULLA SALUS. Spiræ seu pedi, cui insistit hic Angelus, in scriptum legitur : *In me gratia omnis via, & veritatis.* Quo necessitas Mariani cultus innuitur. Secundus monstrat Aquilam, quæ pullum, solaris luminis impatientem, abigit, adjecto lemmate : DEGENERES REPROBO. In pede legitur : *Ego mater pulcræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei* : quo significatur Dei Parentem non nisi genuinos fovere filios, spurios verò rejicere.

Ter-

Tertius Virginem sine labe conceptam figurat, lilio inter spinas collocato, cum epigraphe: *NON LÆDOR AB ILLIS*: infra scriptum est: *Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias.*

Quartus denique Mariam omnis culpæ actualis expertem declarat in vite, botris gravidâ, cum inscriptione: *NON TULIT LABRUSCAS.* His adjectis Scripturæ verbis: *Ego quasi vitis fructificavi suavitate odoris.*

§. II.

Societas IESU Coloniensis Magistram Magistrorum Mariam suo Gymnasio Rectoricem præfuit, eique Juventutem suam committit informandam.

Sæculum est unum, ac medium, Intemerata Mater, quo terni è Societate Filii tui, Henricus Dionysius, Joannes Franciscus Costerus, & Joannes Rheitius, à Servo tuo Ignatio huc missi, sociis quibusdam aucti, tandem sedem stabilem in Gymnasio Trium Coronarum invenerunt. Verfabatur eâ tempestate, ut tu probè novisti, tanto in discrimine Colonia, ut sine ope cælicâ non posset ab interitu prohiberi. Nam grasata per Germaniam Lutherana pestis, post correptam Archi-Diœcesin, in hanc se se urbem insinuans, tum aliorum, tum ipsius postmodum sacri Antistitis animum malignâ luc afflaverat. Languiebant insuper sacra præcipuè Studia, & extincta in multis devotio, rarus Sacramentorum usus, atimata libertas religionis speciem præbebant civitatis ad defectionem ab avitâ Fide inclinantis. Quare pulchellus grex Tuorum, ut in societatem veniret eorum, qui præfenti malo curationem facere laborabant, nihil habuit antiquius, quam ut Te conatum suorum propitiam haberet adjutricem. Didicerat enim ab Ecclesiâ Dei vivi, quæ (a) est *columna & firmamentum veritatis*, quod (b) *Tu sola cunctas hæreses in universo mundo interimas.* Noverat etiam Juventutem studiosam nullo Doctore alio feliciores posse progressus facere, quam sub disciplinâ Magistræ illius, in quâ (c) *& Dei virtus, & Sapientia, & omnes thesauri Sapientie, & Scientie inveniantur.* Ipsa igitur Tibi Purificanti sacrâ die (d) Tui Filii Societas, postridie functionum suarum factura exordium, Te in cœtus sui Patronam, & Juventutis informandæ Magistram unanimi devotionis sacramento adoptavit; Et verò Te, quæ Tua est facilitas, Tuorum admisisse clientelam, non obscuro sunt argumento fructus uberrimi, qui pios Societatis Agrippinensis conatus, & labores ad Dei gloriam, tum confervandam, tum promovendam susceptos, jam inde usque ad hæc tempora fuerunt consecuti. Qui fructus, & incrementa pietatis, quoniam Dei, omnia in nobis operantis, beneficia sunt (nos enim (e) *Servi sumus* no

inuites, non sufficientes aliquid cogitare ex nobis) Tuæ pariter in nos propensæ voluntatis luculenta sunt testimonia: credimus enim seruo tuo Germano (f) Neminem esse, cui donum aliquod concedatur, nisi per Te: quia (g) Sic est voluntas Domini, qui totum nos habere voluit per Mariam, quæ (h) dispensatrix est gratiæ, & misericordiæ. Patiëris benigna Mater, ut nos Filii, Patrum nostrorum secuti exemplum, Te pariter in Rectricem, Magistram, & Patronam studiosæ Juventutis nostræ, interpolato devotionis sacramento, adoptemus; quàmque illi pietatem, dum se totos Tuæ Majestati devoverunt, intrâ domesticos parietes continuerunt; Nobis liceat eandem cum publicâ nostri erga Te affectûs testificatione divulgare. Rectricem Te magnificam admittimus, quia (i) Dei magnificentia est: In Magistram Te eligimus, quia (k) Beatus est homo, quem Tu erudieris Domina, & de lege tua docueris eum; quæ (l) Ruperto tuo Magistra Magistrorum es; Idiote (m) Doctrix Doctorum; Cretensî (n) Thesaurus Scientiarum; Ephremo (o) Lumen Sædiorum; Bernardo (p) Scientia Scientiarum. Patronam Te Juventuti nobis commissæ præficimus, tum quia (q) Thesauraria es gratiarum Dei, potens Discipulos Tuos amplissimis immunitatum Privilegiis impertiri; tum ut hac ratione pro munere Nobis imposito, teneros adolescentum animos ad Tuam amorem, & venerationem accendamus: Hæc est enim scripto relicta voluntas Ignatii, qui totum Ordinis Nostri Institutum Te Magistrâ didicit, ut Profesores literarum sedulo curent, quò tenera in Te pietas Discipulorum animis imprimatur. Profitemur etiam libenter, & piè gloriamur cum seruo tuo Nadali, quòd univèrsa Societas JESU sit simul Societas amantium Mariam. Ut hunc in Te amorem argumento publico testatum faciamus, in Gymnasi atrio insculptam saxo Statuam in solidum, & perenne nostræ erga Te devotionis monumentum honori Tuo erigimus: illud insuper notum fieri cupientes, quòd Gymnasium Tricoronatum Gymnasium sit Marianum; hoc est, schola non modò literarum; sed etiam modestiæ, & pietatis. Tu enim (r) Germano literarum Academia es, & Laurentio Justiniano (s) Magistra virtutum, & pietatis. Dignare igitur, Magnifica inventrix gratiæ, Gymnasi nostri claves admittere. Tibi debentur, quæ claves Regni cælestis, (t) ab eo constituta, qui habet claves mortis, & Inferni. Trium Coronarum est Gymnasium, ideòque Tibi dedicandum, quæ totidem gratis (u) Tricoronata prædicaris. Dignare ô Magistra, & Patrona, meæ cura commissos Adolescentes ad Tuam disciplinam, & patrocinium admittere. Quanquam non potes eos rejicere, quia Tui sunt; sunt enim Societatis Filii Tui, qui suæ Matri res omnes conditas in servitutem addixit. Minerval non promittunt Neo-Discipuli, quia Te dignum non habent, quòd polliceantur. Si tamen omnino salarium exigis, offerunt, quòd pauper Æschines Magistro Socrati obtulisse perhibetur, se ipsos; rudes quidem, & incultos; at Tuâ curâ tandiu poliendos, donec formetur in iis Christus. Quare Magisterium Tuum

DISCIPU
 ad erectam in at
 Virginem in

D

N

L

T

T

T

T

V

V

C

C

O

O

N

T

T

T

T

Tuum auspicare & Maria, & Discipulos Tuos, quod unice flagitamus, ita institue, ut discant timere Dominum Deum suum omni tempore. Da (x) illis *Sedium Tuarum asfricem sapientiam*, ut lacteo illius rore enutriti, cum Discipulo tuo JESU (y) *sapientia, & gratia apud Deum, & homines proficiant*, atque ad suam, multorumque salutem felicibus auspiciis adolescant; donec ad justitiam eruditi *cum doctis aliquando fulgeant, quasi splendor (z) firmamenti in perpetuas eternitates*. Ne vero de pronâ meorum in Te voluntate, & affectu possis ambigere, audi, ô Domina, non me; sed ipsam juventutem meam: Itâ enim ore concordi loquitur; sed sine lege, & numero; amor enim, qui legem nescit, & modum, verba dicitavit. Dei Parens &c. *vid. §. seq.*

(a) 2. *Timoth. 3.* (b) itâ *Ecclesia de B.V.* (c) *S. Anselmus super illud: Intravit Jesus in quoddam castellum.* (d) *anno 1557. Societas Jesu ingressa est Gymnasium Trium Coronar.* (e) *Luc. 17. & 2. Cor. 3.* (f) *S. Germ. orat. de Zonâ. Virg.* (g) *S. Bern. (h) Pelbart. in stellar. l. 6. (i) Rich. à S. Laur. l. 4. (k) ex Ps. 93. (l) Rupert. lib. 1 in Cant. (m) c. 3. de contempl. B.V. (n) S. Ephrem de laud. Virg. (p) S. Bernard. super Salve. (q) *Idiota. in. Prolog. (r) S. Germ. or. de Nativit. B.V. (s) Laur. Justin. de Nativ. B.V. (t) S. Ephrem in laud. B.V. (u) S. Th. 3. p. q. 27. a. 5. ad 2. (x) Sap. 19. (y) Ildeph. serm. 1. de Assumpt. Virg. (z) Dan. 6. 12. v. 3.**

§. III.

DISCIPULI TRICORONATI,
Ad erectam in atrio Gymnasi Statuam affusi, Mariam
Virginem in Magistram, & Patronam eligunt.

DEL Parens absque pare, (a)
 Spatiosum (b) orbis mare;
 Magnitudo caritatis, (c)
 Latitudo pietatis, (d)
 Thronus Dei, (e) Mater spei, (f)
 Virgo, cara Numini,
 Te Magistram adoptamus,
 In Patronam Te rogamus;
 Vitæ cunctas actiones,
 Verba, cogitationes,
 Consecramus, dedicamus
 Illibata Virgini.
 O Magistra Magistrorum,
 O Patrona peccatorum,
 Ne repelle nuncupatos,
 Tribus fertis coronatos:
 Tu divinâ disciplinâ
 Doce nos proficere;

Teo videri in ore proprio
 non ferro tuo Germano
 Te: quia (g) Sic etiam
 que (h) deservit in re
 Fili. Patum vultorum
 & Patronam dicitur
 opremis; quomodo illi
 trâ domesticis pariter
 erga Te affectus religiosi
 quia (i) Dei magister
 n. p. in Te eruditio
 dicitur Magister
 w. dicitur; Epistemo
 serm. Patronam Te
 Te sanaria & gratiam De
 Privilegiū impertiri; cum
 adolecentium animos ad
 est enim scripto relicta
 e Magistra dicitur ut Profe
 betas dicitur adhiberi in
 etiam cum ferro tuo Nihil
 amantem Matrem. Ubi
 mus, in Gymnasio actio
 te erga Te devotionis
 miter sapienter quod Ger
 or eff. schola non modo
 f) Germano literarum
 etiam pietatis. Digne
 alii claves admittere. Tu
 o constituta, opti habere
 manuum, itaque Tibi de
 dicitur. Digne à Magistra
 Tuam disciplinam, & par
 te, qui Tuam: immo
 econditas in ferrem ad
 a Te dignum non habere, qu
 s. offerret, quod parer. E
 ; meos quom. dicitur, ut
 us. Ceterum. Que Magistra
 Tuam

Dum subibimus examina,
 Non in penso sint errata,
 Nulla menda, vel peccata:
 Sicque Natis approbatis
 Liceat ascendere.

(a) S. Benavent. in Litau. B. V. (b) S. Chrysof. in Hor. anim. (c) S. Bonav. ibidem.
 (d) idem loc. cit. (e) Cyril. Hierosol. serm. de B. V. (f) Richard. à S. Laur. lib. 6.

S. IV.

SCIENTIA GRAMMATICÆ,
 M A R I A,
 A TRICORONATIS GRAMMATICÆ
 DISCIPULIS IN MAGISTRAM ELECTA.

A, A, A, Domina; ecce nescimus loqui, (a)
quia pueri sumus.

Ut discamus bene loqui,

Infantes Tricoronatæ Grammaticæ Discipuli,
 Magistrum inquirimus,

qui elementa nos doceat.

Nolumus tamen habere Magistros Prophetas,
 quia elingui sunt. (b)

Moyfes non potest a nobis intelligi;
 nam impeditioris linguæ est:

Isaias non loquitur purè;

labia enim ejus immunda sunt:

Jeremias puer est, & nescit loqui.

Neque placet nobis Cato aliquis, vel Priscianus,
 Pacuvius, aut Flaccus,

inania Grammaticorum nomina:

Erraverunt enim ab utero, (c)
docenti sunt falsa, & perverterunt verba Dei viventis.

Tu sola nobis loquere, ô Maria,

qua nunquam offendisti in verbo,

ideoque perfecta es Grammatica.

Neque poteras unquam

vel Solocismo in Grammaticam impingere,

vel Barbarismo mendum oris committere;

quia omnia emendatè loquendi præcepta

didicisti Magistro illo,

Quam aptè nomen Adjectivum cum suo Substantivo
conjunxisti;

Quando magnificum emendatæ locutionis Argumentum,
in Dei laudes compositum,
hac verborum Periphrasi exornasti:

*Fecit mihi magna, qui potens est,
& sanctum nomen ejus.*

(n)

Denique,
ut alia Tux artis experimenta præteream,
duas naturas Divinam, & Humanam,

Conjunctione Copulativâ, Fiat, in unum colligasti, (o)

Constructione tam justâ, & intransitivâ,
ut Verbum Personale, & Nominativus homo, (p)
unus, idemque Numero, & Personâ Christus efficeretur.

Permitte igitur, ô Mater Parvulorum, (q)
ut Infantes parvuli bene loqui doceamur,

Te Magistrâ,

sub cujus disciplina, & arbitrio
Infans Deus versatus fuit. (r)

Da Magistrâ,

ut tres præcipuè lectiones perdiscamus:

Nimirum:

Discernere genera bonorum à malis;

Conjugare per Ego bona verba:

Timere DEUM, & mandata ejus observare, (s)
quod est omnis homo:

Idque per omnia vitæ tempora, & modos.

Declinare per omnes fortuna casus mala nomina:

Concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum,
& superbiam vitæ. (t)

Quas lectiones si ad unguem tenuerimus,
erimus albæ Gallinæ, hoc est, Immaculatæ Matris

immaculati & innocentes Filii,

& Grammatici Tricoronati,

testimonium habentes JESU Christi. (u)

(a) ex Jerem. c. i. v. 6. (b) Bern in Cant. (c) ps. 57. (d) Sap. i. v. 7. (e) Joan. i. c.
(f) Exod. 3. c. (g) Joan. i. c. (h) Luc. 2. c. (i) ad Philipp. 2. c. (k) ad Colos. 2. c.
(l) Math. 22. c. (m) Prov. 8. (n) Luc. i. c. (o) idem loc. cit. (p) accipe to Homo sub-
stantivè pro Humanitate, non adjectivè pro Personâ. (q) S. Bonav. super Salve.
(r) Ildephonsus. serm. 1. de Assumpt. Virg. (s) Eccles. ult. c. (t) I. Joan. 2. c. (u) Apoc.
2. c.

M A R I A
AB INFIMISTIS TRICORONATIS
per sex Casus numeri Singularis declinatur.

Carmen est Trochaicum Alcmanicum.

N O M I N A T I V U S.

DIVA Proles ter beata,
Joachimo Patre nata,
Tu M A R I A nuncuparis,
Virgo, Mater nominaris:
Mare, navis, aula, clavis,
Vita, portus, arbor, hortus, (a)
Luna plena, ter serena,
Sol decorus, flos odorus:
Gratiosa nomina,
Faustitatis omina.

G E N I T I V U S.

Genitiva dum fuisti,
Nil M A R I Æ perdidisti,
Tota pulcra perstitisti: (b)
Neque labem, five tabem,
Nec dolorem, vel pudorem
Pasfa savae Matris Evæ:
Natus almi Numinis
Cor sacrârat *Virginis.*

DATI-

*Nil est
Capitulum
perdidisti*

*Bei Matriam
perdidisti
Tota pulcra
perdidisti*

...
...
(a)
...
(b)
...
(c)
...
(d)
...
(e)
...
(f)
...
(g)
...
(h)
...
(i)
...
(j)
...
(k)
...
(l)
...
(m)
...
(n)
...
(o)
...
(p)
...
(q)
...
(r)
...
(s)
...
(t)
...
(u)
...
(v)
...
(w)
...
(x)
...
(y)
...
(z)

D A T I V U S.

*Dulce melos
Tot maria lobra
demus
vel quot vos pro-
ouit flores*

EJa cuncti voce juncti
Infimistæ consonemus ;
Tot **MARIÆ** metra demus,
Quot in undâ sunt procellæ ;
Quot coruscant axe stellæ :
Quot in æthrâ sunt vapores ;
Quotque primo vere flores ;
Nam *Dativa Numina*
Est *voluntas Virginis.* (c)

Hæc sunt **A C C U S A T I V U S.**

*Uita Numina
Te gaudere
invenire, hæc te
amant prædica
my*

Perge turba consonare,
Et **MARIAM** nominare:
Hanc amate, prædicate,
Ore lato, corde fetto,
Laudibusque, plausibusque :
Huc Camænz, voce plenæ ;
Et **MARIAM** ludite,
Hanc ad astra tollite.

V O C A T I V U S

*Mundi cedro
coeli palma*

O **MARIA**, Mater alma,
Rosa vernans, lata palma,
O levamen perditorum,
Et juvamen debitorum.
O puella, clara stella,
Margarita, nostra vita:
Ne Clientes despice,
Infimistas respice. *te colunt*

ABLA-

A B L
A
Nam
S
ille
Na
Ad
P. P. huiusmodi P. Virg
Epigram
MARI
Plan
Dum de
Non de
M
A N
C
Recite G
Hoc arag
Dulce est hoc
Gauter, am

A B L A T I V U S.

A MARIA, Matre mirā

Est piara Patris ira :

Namque mundum qui redemit,

Stygis hostes qui peremit,

Ille Magnus, factus Agnus,

Ille JESUS, factus esus.

Natus est ex Virgine,

Adjuvante Flamine.

*Off. afflicti mater Dei
ad quam cupimus
totum cog. rei
Stygis monstra*

(a) SS. PP. bis elogiis B. Virginem exornant. (b) Cant. 2. (c) Luc. 1. c. Ecce ancilla Domini, fiat mihi. &c.

EPIGRAMMA GRAMMATICUM.

Quare *MARIA* non declinetur in numero plurali.

Plurali numero variare, caveto *Mariam* ;

Nam *Virgo* Singularis est. Dimet. 7 amb.

A L I U D.

Dum declinamus *Tua nomina*, *Virgo MARIA*,
Non declinamus *nomina*, *Virgo, Tua*.

A L I U D.

M A R I A.

A N A G R A M M A,

A M A R I.

CRedite Grammatici, *Verbum* est, *noménque Maria*;
Hoc anagramma probat ; *Maria* vocatur *amari*.
Dulce est hoc nomen ; *Verbum* nihil istud *amari*
Continet, ambo tamen sapiunt plus semper *amari*.

C

§. VI.

SCIENTIA POËTICÆ
M A R I A

A Poëtis Tricoronatis in Magistram electa.



Alladem, literarum Præsidem,
è cerebro Jovis natam esse,
figmentum est.

Te, ó MARIA,

Filiam singularium Dei cogitationum (a)
ex ore Altissimi prodiisse
veritas est:

Ideoque Studioforum Minerva es,
& scientia scientiarum.

Magisterii Poëticæ dedisti specimen,
quando Numine plena,

Judææ montes, Parnaso sanctiores, ascendisti,
ibique anacephaleosin omnium carminum
composuisti *Magnificat*, quod nemo corrigat.

Cothurnis incedebas, dum caneres:

Et exultavit spiritus meus in Deo, Salutari meo.

Soccus indueras, quando dicebas:

Respexit humilitatem ancilla sua.

Entheos spiritus bibisti,

non ex Hippocrene,

quam ungula fabulosi Pegasi excusit;

Sed ex perennis vitæ fonte,

quem occisus Agnus suo pede elicuit.

Poëma elaborasti pulcherrimum,

quando Verbum concipiens, Deum-Hominem (b) efformasti.

Hoc Verbum, æternitate longum,

Tu maternâ usâ licentiâ corripuisti

uno tempore;

At

At miras, q
cū in lege, &
In eodem Ver
quando illi
Nunqu
quā cū in
& ad
Quā conc
su
ex
quod pedes
In hoc Po
quod Anall
Est & illu
quod
In tuo c
Hic dicitur q
qu
In
Quando j
m
Agnoscim
Sub capite dicit
candi
quibus lac
quod carm
Lac illi
profectu
fratru
Hoc lat
H
cu
mell, q
Hoc lat
MAT

At mitius, quàm corruptus ille Carminifex,
 qui sine lege, & auctoritate illud aliquando corripuit. (b)
 In eodem Verbo cum suavissimo fluxu unam fecisti casuram,
 quando illud juxta præscriptam regulam circumcidisti.

Nunquam *uberius tibi vena fluxit,*
 quàm cum *intenta uni Verbo* stas *juxta crucem Filii Tui,*
 & *ad Te* eset *conversio ejus.*

Quàm concinnè noveris tuos versus
suis astringere pedibus,
 ex eo didicimus,

quòd pedes Incarnati Verbi tam pulcre *fasciis illigaveris.*

In hoc Poëris sublimior omnibus,
 quòd *Ancilla Domini* nunquam *pes superbia venerit.* (c)

Est & illud Poëtarum omnium vitium,
 quòd *mutas cum liquidis* permisceant.

In tuo carmine *omnia sunt liquida,*
nihil mutuum.

Habuisse quoque tuos versus *exactum numerum,*
 ex eo colligimus,

quòd Verbum, quo construuntur omnia,
 subinde ad numeros induxeris;

Quando juxta *verbi hujus incrementum*
numerabas annos atatis. (d)

Agnoscinus Te Magistram Poëtarum,
 Ô M A R I A ;

Sub cujus disciplinâ non possunt non esse
 candidi Poëseos Candidati,

quibus lac potum das, non aquam :
 optimè conscia,

quòd carmina non benè scribantur aquæ potoribus.

Lac istud qui primus bibit Discipulus Tuus,
 profecit *atate, sapientiâ, & gratiâ.* (e)

factus Poëtarum Alpha, & Omega.

Hoc lacte potus erustavit *Pia Desideria*

HERMANNUS HUGO,

cujus lingua est dulcior illo

melle, quod in ceris Attica ponit apis.

Hoc lacte animavit lyram tuam

MATTHIAS SARBIEVIUS,

qui Musarum iudicio fertur

*Touuisa celsa junctus astra Pindaro,
Montemque victor isse per biverticem,
Nulli secundus inter astra Delphica.*

Hoc lacte implevit venam suam

JACOBUS WALLIUS,

quæ dum incipit fluere,
*Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem super notas aluere ripas,
Fervet, immensusque ruis profundo*

Wallium ore.

Hoc lacte inebriatus ad arma profilit

JACOBUS BALDE,

qui,
*Seu vult cothurnos Noricus, induit;
Soccata seu aridet Hellas,
Socco Helicon Paris intusæscit.*

Hoc lacte calamum temperavit

JACOBUS BIDERMANNUS,

Quem dum nomino,

————— Favete linguis;

*Vestra est illa dies, favete Musa,
Dum, qui vos geminas tulit per artes,
Et vivitæ pede vocis, & soluta,
Germani colitur chori sacerdos.*

Hoc lacte stylum acuerant

*Avancinus, & Gallutius, Vincartius, & Sautel;
Verpaus, & Stephonius; Masenius, & Masculus;
Malapertius, & Bahufius; Biselius, & Cabillavius;
Remondus, & Ines; Guinifius, & Gazans;
Bentius, & Donatus; Petavius, & Dondinus;*

ac sexcenti alii;

omnes *IESU Socii, nostri Magistri,
Tui Discipuli.*

Admitte nos in Album Tuorum Poëtarum,

O M A R I A,

& concede,

ut Te Magistrâ carmen nostrum (e) ità pangamus,
ut in fine versûs canere nobis liceat:

Est Deus in nobis, comitante excedimus illo.

(a) S. Damasc. (b) Homo Græcis dicitur Poëma descriptum à Deo. (c) corripiam
cum & dimittam. Luc. 23. (d) Psal. 35. non veniat mihi per superbia. (e) Cum factus
es es fesus annorum duodecim. Luc. 2. c. (f) Cicero in Paradoxis: carmen est
nostra vita, in quâ si syllabam omiseris, exhibilaberis.

Ejusdem Argumenti Poëtica descriptio.



Unc age, quâ curvis Rhenus complectitur ulnis,
Cœruleoque sinu caram ante omnia Nympham,
Agrippinam Urbem, cælo delabere ab alto
Virgo Parens, vultuque Ubios propiore serena.
Est locus, hunc *Ternæ* celebrem fecere *Corona*,
Quem totidem, pulcro jungentes fœdere dextram,
Divæ habitant, *Pietas*, solersque *Industria*, quæque
▲sidui comes esse solet *Doctrina* laboris.

Hanc Tricoronati complendam Numine sedem
Diva Tuo, propriam Tibi (a) sacratamque dicamus:
Indignam certè; neque enim, quam claudere latis
Ingens fornicibus domus omnipotentis Olympi
Nesciit, humanum speret comprehendere testum.

Adsis, ô, facilisque veni pede Diva secundo:
Maternos hîc fige pedes, rerumque potentem
Expandens latè super hæc pœntralia pallam,
Hanc parvam, multa orantem, (b) teneraque supinas
Tendentem cum voce manus ad sidera pubem
Accipe, daque tuâ placidè requiescere in umbrâ.
Est aliquid pridem conspersis flore plateis
Sublimem thensis circum per compita ferri (b)
Gratum humeris onus innocuis: Studiosa Juventus
Hic prima ante alios ibat longo ordine juncta,
Certatim ingeminans cantus. Sophiæque Clientes
Ferre manu tedas, lucemque accendere flammis
Cernere erat, supràque omnes sacra carbasâ latè
Crispa levi vento, vacuas fluitare per auras.

Quin & Agrippinæ Proceres, almique Senatûs
Pars melior, Patrûmque unâ lectissimus ordo,

Se comitès addant, quos agmine plurima densò
 Unda hominum glomerata subit, Juvenùmque, senùmque.
 Ecce autem se se lux plurima fundit ab alto,
 Perfringitque oculos : aciem quis tollere contrà
 Sustineat, radiòsque, & tanta spicula lucis
 Subter ferre queat ? cælum jam, vora secundat :
 Surgite humo Juvenes : Virgo (mirabile dictu)
 Os, humeròsque Deæ similis, lucemque per auras
 Insolitam fundens, cælo se mittit ab alto,
 Et sensim propior nostris allabitur oris.
 O quàm Te memorem Virgo ? micat aurea vestis,
 Sole lacescita, & multam sub nubila lucem
 Æmula dat Phœbo ; contracta ab origine nullus
 Culpa nævus inest : bis sex pulcro ordine circum
 Præcingunt nitidâ collectos lege capillos,
 Contextæ hoc cælo stellæ : pulcherrimus ora ;
 Nec patre mortali genitus, per eburnea colla
 Virginis, infusus pender puer : insuper anguis,
 Monstrum horrendum, ingens, involvens orbibus orbes,
 Nequicquam insultans, cristasque in sidera torquens,
 Sub pedibus nodis centum, & compagibus arctis
 Post tergum vinctus, fremit horridus ore cruento,
 Jam propius demissa super sacra culmina, Musis
 Assliterat pendens Dea, quâ venerabile saxum
 Virgineos aprâ simulabat imagine vultus.
 Constitit hic, muto veluti de marmore saxum,
 Et visû in medio lusam se Diva putabat,
 Vix credens, vix ipsa sibi, stupuitque tuendo
 Omnia per molem, quibus est mirabilis ipsa ;
 Nec potis est explere animum ; deû talibus inist :
 Sic oculos, sic ipsa manus ; sic lumina gesto,
 Sic dulcem Natum : Talem me fingit imago.
 Ipsum etiam Saxum subridet dulce Puello ;
 Ficta Parens, murasque audit, redditque loquelas.
 Dixit, & augustam subito per inania pallam
 Explicat, & latis media ipsa amplectitur ulnis,
 Hinc, illino pubem : tenerum genus undique subtee
 Parvum abdixit caput : & dulci se condit in umbrâ.
 Nec minùs interea pleno se Numine fundit

In Scenam, afflicta
 Sæpe grata domus,
 Hic verum est, habet
 Non Delphos, T rip
 Cælestium : hic leg
 Illabæque animis :
 Tanquam æris pug
 (Namque etiam in
 Vitricesque tædera
 Quod superest, quoc
 Accipio ægrol'coque
 O bene ! ne possit
 Callidæve ministe
 Acindem ducat ; n
 Se stimulos sentire,
 Affertque Dis, ut
 Excitæque nihil v
 Tu Virgo mîs ?
 Musarum Antistes
 Varum animos, v
 Magna, quem
 Vix tandem creb
 Hic tamen ille ar
 DIVA sed innum
 Excitam ex Erebo
 Attollem iras,
 Intellatam horos
 Pallada quid mem
 Ni caput anguicor
 Non hac devicta
 Gorgona proferret
 Eumenibusque to
 In exum crines,
 (Hæretis hinc noc
 Stans super exuvie
 Fas mihi uxor
 Occultasque anim
 Emerit, us Domu
 Potes in æterno

In Statuam, siccemque animans Dea, talibus infit:

Salve grata domus, docti salвете Penates:

Hic certum est, habitare Mihi: non Rostra Quiritum,

Non Delphos, Tripodasque, & Athenas, Palladis arcem,

Contulerim: hic leges, hinc pandam oracula Vatum,

Illabarque animis: sacris his postibus olim

Tanquam aris pugiles poterunt suspendere parvi,

(Namque etiam fingunt belli simulacra Camœnæ)

Vitricésque hederas, emptasque labore coronas.

Quod superest, quotquot dociles hæc tecta subistis,

Accipio, agnoscoque meos. Nec plura locuta est.

O bene! ne posthac citharam mihi tendat Apollo;

Castaliásve ministrat aquas, nec Pallas in hortos

Aönidum ducat; non intus jactet agentes

Se stimulos sentire, sacrumque Poëta calorem,

Affarique Diis, ut Phebo digna loquatur,

Excutiátque nihil tenui mortale cothurno.

Tu Virgo mihi Pallas eris, Tu sola futura

Musarum Antistes: Tu vero Numine complex

Vatum animos, vulgoque facis distare profano.

Magnus, quem jactat custos Heliconis, Apollo,

Vix tandem crebris sudat Pithona sagittis,

Hic tamen ille arcu, nunquam fallente timendus:

DIVA sed innumeris fecundum mortibus anguem,

Excitum ex Erebo, contra genus omne futurum,

Attollentem iras, fortunatosque veneno

Infestantem hortos, sine cuspide stravit inermis.

Pallada quid memoras? imbellem Pallada DIVAM,

Ni caput anguicomum Perseus avelleret harpe,

Non hæc devictam, monumentum nobile scuto

Gorgona proferret. Sed averni è sedibus imis.

Eumenidumque toro natum, vittisque cruentis

Innexum crines, & pejus Gorgone monstrum,

(Hæresis huic nomen) nullo consorte triumphi,

Stans super exuvias Virgo sub Tartara misit.

Fas mihi nunc ventura, novâ sub Praxide fata,

Occultasque animo, quas sensu, pandere sortes.

En erit, ut Domus hæc nunquam passura senectam,

Perfret in æterno monumentum nobile saxo,

Virgi-

Virginis auspiciis, triplexque corona coronis
 Virgineis inserta, perennem in secula florem,
 Ære immortalis, firmoque adamante revincta
 Mœnibus Agrippæ, Rhenoque æquava bicorni
 Æternum teneat. Non me præfagia fallunt:
 Dum summum stabit, moles altissima, templum,
 Monstrabitque Ubiis opera interrupta futuris,
 Nostra sub eximiâ florebit Pallade Gymnas,
 Quidquid aget contra latis successibus æger
 Livor, & impatiens viæ ferre coronas.
 Quantos doctrina faciet, motumque profectus,
 Quantos temeritæ pubes commissa Magistræ?
 Et si Gymnas adhuc rudis, indigestaque Musis,
 Ac vix nata orbi, Kircheros, Sibeniosque,
 Masenios, Schallôsque, (c) & Te, ter maxime Lipsi,
 Innumerôsque, quibus doctorum dat chorus omnis
 Asurgens palmam, primo dedit inclyta fetu,
 Evasitque Parens tam pulcrâ prole beata,
 Quos ævi matura, & tantæ Palladis arte
 Informata, viros, utero pulcherrima pleno,
 Non dabit hæc Mater? quot non circum ubera Nati
 Pendebunt quondam, seu quos vicina misit,
 Seu quos dant Ubiæ blandos ante omnia Matres?
 Hæc dum vaticinor, tres se movere Coronæ
 Ter circum, annutumque dedit non mobile saxum
 Virginis, & certo firmârunt omine dicta.

NOTÆ in præcedens carmen.

inguis) Filii, audite me, timorem Domini docebo vos. (a) Hanc lectionem primo dices esse scitu necessariam; nam sine perfectâ illius scientiâ quisquis lite ras didicerit, eandem ad suam, aliorumque perniciem converteret. Hoc probabis per Præteritionem exemplo Aarii, Manichæi, & Pelagii, qui, quia hanc lectionem non siverunt, eor, ac tanta mala in Ecclesiâ Dei pepererunt; & descendes ad Lutherum, & Calvinum, qui similiter destituti scientiâ hujus lectionis Germaniam innumeris claudibus afflixerunt. Has clades afferes breviter per Enumerationem & Hypotyposin. Secundo dices hanc lectionem esse perquam utilem scitu; quisquis enim hanc lectionem tenuerit, ille scientiam Sanctorum consecutus est, qua in eo consistit, ut nunquam Deum gravi peccato offendamus. Illustrabis hanc partem hoc modo: dicitur mihi Adolescentem, qui hanc lectionem perfectè didicerit, & ego dabo tibi unum, qui non possit ad ullum peccatum seduci. &c. Probabis hoc ipsum exemplo Josephi, qui sollicitus ad turpe flagitium, cum perfectè didicisset timorem Domini, respondit: Quomodo possum hoc malum facere? Hic alloqueris Josephum hoc fere modo: Quid ais timide Adolescens? non potes tu hoc malum facere? fecit malum Adam, Cain, Cham, Ruben, & alii fratres tui omnes, quin totus mundus; & tu non posses hoc malum facere? &c.

Pro epilogo hortaberis Adolescentes Tricoronatos, ut hanc lectionem ediscant, semperque Deum timeant; quo fiet, ut omnes in doctos evadant. &c.

(a) Psalm. 33.

ELOCUTIO AUTHORIS EXTEMPORALIS.

Mice Lector, cum inchoatus typus moram non pateretur, & occupatissimo non liceret omnia elaborare, debui sequentia extemporali calamo in chartam conjicere, proditura suo tempore politiora, cum aliis, ad simile argumentum spectantibus.



Um in addiscendis literarum studiis, si quâ in arte aliâ, delectus Magistrorum haberi debeat, est certè, cur vobis gratuler, Tricoronati Adolescentes, quod liberalibus artibus operam daturi, non cum Alexandro Aristotelem, aut cum Trajano Plutarchum, aut cum Nerone Senecam, homines erroribus plenos, & quibus ex densâ gentilitatis caligine veræ scientiæ lucem non licuit aspicere; sed illam, quæ Magistra Magistrorum est, & scientia scientiarum, in studiorum vestrorum Præsidem elegeritis MARIAM. Enimverò si quis in Magistro solidam, profundamque illius artis, quam profitetur, scientiam desideret, ille noverit, quod & Dei virus, ac sapientia, (a) & omnes thesauri sapientia, & scientia sint in Maria.

Si

A III.
TRICORONATI
A.
hola propria est, & sui
Quicumque Bispositum
Etiam vobis hoc Coram
epentibus, adhibita extor
vel assentant, vel loqu
miam scripsit pro Mag
e diligentia, delectatione
mina vero illorum, qui
vellentur, in s, aliter
VENETICA
Magistram suam MARI
TIO,
M.DCC. pro præ
quid, cum in addiscendis
Præsidem MARIAM præ
no, habens omnia desub
hæc adnotant, præcedent
famae Aristoteli, & Expo
cum dicitur tui amon
ius Dispositum
in illorum præ præ
(100)

Si quis obscuritatem oderit, & in Præceptore claritatem doctrinæ commendaverit, ille sciat, quòd Maria *Patris sapientiam*, quæ Sol est, & *lucem habitat inaccessibilem*, suo gremio complexa, nullam infermonem obscuritatem dominari patitur: Si quis etiam præter eximiam tradendæ artis intelligentiam, & doctrinæ claritudinem, integritatem vitæ, ac morum probitatem à Magistro velit exigere, ille denuum intelligat, *Mariam Virginem esse (b) non solum corpore, sed etiam mente, sinè nube f. renam, sinè labe formosam, sinè rugâ perfectam, in quâ tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeant ejus Discipuli, ostendunt.* Et amabò! dicite mihi, an audiveritis unum aliquem, quantum vis ingenio hebetem, qui marianum hoc Gymnasium frequentaverit, & à suâ Magistrâ post depulsas ignorantix tenebras præclaris scientiarum radiis non fuerit illustratus? Gregorium Thaumaturgum, illum avi sui Moysen cogitate: Hunc Maria symbolum Orthodoxæ Fidei edocuit, ne erroribus sui Magistri Origenis implicatus à tramite cælestis sapientix deflecteret. Joannem Antiochenum cogitate: Hic in Marianâ Gymnade educatus in talem evasit virum, ut in explicandis sacrarum scripturarum difficultatibus Chrysofotomus non inferior commendetur. Rupertum, Tuitiensem Abbatem, illud Benedictini dicam, an Benedicti Ordinis decus, ut sexcentos omittam alios, cogitate. Laborabat ille divinarum scientiarum cognitione, nullam vel certè exiguam, improbis etiam laboribus eruditionem consecutus; non distulit suo discipulo succurrere ignorantium informatrix Maria; sed illius animo tam illustria sapientix lumina infudit, ut in revelandis Scripturæ arcanis palmam omnibus sui temporis Interpretibus eripuerit. De hujus tantæ Magistræ excellentiâ dum ego vobis ex animo gratulor, Tricoronati Adolescentes, illud insuper sic habeatis velim, hoc unum, si utilem studiis operam navare volueritis, maximè necessarium esse, ut docentem hanc Magistram, quo ad vixeritis, audiatis. Non illa vos obruet Præceptorum multitudine, non varietatè lectionum confundet memoriam, non doctrinarum subtilitate ingenia fatigabit. Unam eamque facillimam; at scitu perquam utilem, maximèque necessariam omnibus lectionem ediscendam proponet. Quâ tamen unâ velut in quâdam anacephaleosi scientix comprehenduntur universæ. Venite (inquit) Filii, audite me, timorem Domini docebo vos. Hæc nimirum est illa lectio, Adolescentes Ingenui, omnibus literarum Candidatis adèò necessaria, ut quisquis illam comprehendere neglexerit, omnem aliam, quam fortè didicerit, scientiam, in suam, aliorumque perniciem sit conversurus. Non revocabo hæc præterita nascentis Ecclesiæ secula, quæ literis quidem culti; at expertes timoris Domini Hæresiarum luctuosâ strage affligerunt; ne inflata Christi-Fidelibus vulnera, quæ jam temporum longinquitate coaluerunt, ad horrorem intuentium recrudescant. Non suscitabo iterum incendiâ, quibus ille perduellis Deo Arius orbem penè totum lamentabili spectâ-

spectaculo inflammavit. Non redintegrabo illum calamitatis turbinem, & miseriarum procellam, quibus totam Africam cum æterno tot millium animarum naufragio insanus Manichæi furor inundavit. Non spargam denuo fatalem illam pestem, quæ auctore Pelagio undique grassata integras provincias & regna penè omnia tam pertinaci malo corripuit, ut in eo curando, multum fatigata Ecclesiæ Doctorum ingenia hucusque desudaverint. Non possum tamen, ut velim, præterire scædam illam tempestatem, quæ Ducibus Luthero, ac Calvinio superius seculum miserandâ clade funestavit : nondum enim obducta cicatricibus vulnera patiuntur miserandæ cladis recordationem excludere. Uterque illorum, alter tamen altero majorem consecutus scientiam, quia *Timorem Domini neglexit* addiscere, eâdem malè abusus fuit ad fatalem sui ipsius ruinam, & perniciem aliorum sempiternam. A primò calamum in stylum ferreum converterunt, eumque capitali in Sedem Romanam odio velut pestilenti toxico imbuerunt. Hoc illi stylo non dubitârunt Majorum instituta convellere, sanctorum hominum placita infringere, Conciliorum Decreta confodere, auctoritatem Ecclesiæ contemnere, divinas, humanasque leges incredibili temeritate labefactare. Calamo adjunxerunt protervi oris loquacitatem, quâ imperitam plebem, atque ad otium & vitæ libertatem natum vulgus in rebellionem concitârunt, ad furta, rapinas, sacrilegia animârunt; ad bella, cædes, incendia, atque ad omnem scelerum licentiam inflammârunt. Hic vidisses conflam ex omnibus præditorum hominum colluvione scæcem in turmas confluere, arma quavis arripere, oppida evertere, pagos incendere, araria expilare, templa pesfundare, aras destruere, sacra profanis miscere, atque in quosvis obvios sinè ullo ætatis, aut sexûs discrimine inauditâ crudelitate debacchari. Et verò quodnam fuit illâ tempestate præsidium adeo clausum, quod rebellium audacia non perfregerit? quæ civitas adeo munita, quam violentia non expugnaverit? quis locus tam sacer, quem ad omne facinus profligata impietas non profanaverit? Usque adeo necessarium est, ut literarum Candidati *primam de timore Domini lectionem perdiscant*, ne eâdem, quam forè studio acquisiverint scientiam, & sibi ipsis malum accersant, & aliorum salutem in præsentissimum æternæ damnationis periculum conjiciant. De utilitate hujus lectionis quid dicam? uno verbo ipsius commoda complectar omnia, si dixerò, eâdem ipsâ comprehendi *Sanctorum scientiam*, cujus perfectam notitiam quicumque assecutus fuerit, omnia bene, beatèque vivendi præsidia sibi comparavit; illa enim hominem in utrâque fortunâ iis præidiis instruit, ut neque adversis deprimi possit, neque prosperis elevari: quin eundem animo itâ corroborat, ut malit vitam cum sanguine profundere, quàm lethali flagitio supremi Numinis majestatem violare. Quare mihi date Adolescentem, qui Deum timere didicerit, & ego dabo vobis virum, quem neque sociorum exempla, aut illecebæ; neque oblata vitæ commoditas, aut intentata supplicia

posint ad aliquod flagitium permovere. Manet enim verum, quod olim pronuntiavit Sapiens: *Timor Domini expellit peccatum.* Testis hujus veritatis est integerrimus ille Adolefcens Patriarcha Joseph, qui sollicitatus ad gratum factus, quia timere Deum ab infantia didicerat, nullo modo adduci potuit, ut confentiret. Audiamus ipsum Adolefcentem, quid dicat: *Quomodo, inquit (d) possum hoc malum facere? Quid ais, timide Adolefcens? nunquid tu æquè homines peccator es, ac ceteri mortalium, qui possunt & istud malum, & illo gravius committere? cur ergo interrogas, quomodo possis hoc malum facere? Adam peccavit in Deum, Cham in Patrem suum, Ruben in Matrem, Cain in Abelem, cui per nefarium scelus violentas manus intulit, ac sanguine innocuo terram adhuc intemeratam foedè contraminavit: quin Fratres tui omnes crimen pessimum compleverunt opere, fratricidium commiserunt animo, & te Aegyptiis inaudita impietate venderunt; & tu non posses hoc malum facere? pergit constantissimus Adolefcens iterare dictum suum: *Non possum (inquit) hoc malum facere, non possum.* Prævaricatus sit primus parens noster Adam, & fructu vetito contra Dei mandatum intemperantem gulam pascere potuerit; ego tamen *non possum hoc malum facere.* Exarserit in Fratrem suum iracundus Cain, & calenti cruore facinorosas manus polluerit; ego tamen *non possum hoc malum facere.* Irriserit suum Parentem maledictus Cham, & scurrili impudentiâ suos Fratres ad parem audaciam irritare potuerit; ego tamen *non possum hoc malum facere.* Potuerit Frater meus Ruben tam protervè audax esse, ut Matri suæ vim intulerit; potuerint alii Fratres mei, in scelera projecti, *crimen pessimum facere,* possit *mundus totus in maligno positus* cum Sodomitis lascivire; possit in quavis scelera sine discrimine prorovere; possit omni pudore deposito bellum virtuti indicere, & quovis se flagitio obstringere; ego tamen *non possum hoc malum facere.* O admirabilem Adolefcentis constantiam, ab omni retro posteritate prædicandam! Impudens mulier, quæ ad scelus invitat, Principis uxor est, honores, & gratiam, atque impunitatem promittens facinori, ad crimen, quod offensa natura proclivis est; socius, quem sollicitat, Adolefcens est, ætate, & sanguine floridus; locus, in quo invitat, sine arbitris est; tempus, quo sollicitat, per opportunum est; omnia consensum suadent in flagitium, & tamen integerrimus Adolefcens obtusum Dominæ suæ favorem repudiat; impunitatem criminis non aestimat; naturam ad scelera pronam debellat; opportunitate loci non movetur; temporis commoditate non persuadetur. *Non possum (inquit) non possum hoc malum facere.* Castissime Joseph! dic, quæso nobis, quo medio in hoc extremo salutis amittendæ discrimine tui ipsius victor evaseris? nihil aliud responderet redivivus Adolefcens, à nefario opere me deterruit, quàm Dei ter Opt. Max. timor, quo me paterna educatio ad omnem fortuna casum jam inde à puero informavit: ita enim ipse in Scripturâ sacrâ loquitur: *Quomodo possum hoc*
ma-*

peccare, & peccare in Deum
malum facere, ad quo
agere, si vellem omnem
malitiam exsequendum
peccare in Deum meum,
si peccatis allecti blandiri
autro vos in fœdissima le
literarum Candidatis, f
hæc unum de timore De
vos vero, Titico
dabili pietate Magna M
pergit, vel alacriter in
quod ad vixeritis, nunq
respicite, per noctem rev
dretis relegite, in pro
dicentis Grammaticis lo
vel perversa lingua
sed omni
quod in cogitati corpori
sunt, sunt tales, quales
non minetur in illis, sicut a
Amalant Deum; per Pe
per Gradationem abun
in Sen. Philosophi, con
ac speculationis certum
ate com mundo carne,
die obtinuerunt, in caju
in Lemmate: NIL
de orbis totius exatnes in
cientias scientiam Sanctior
naturæ, qui à Socrone Justu
ualis cum Magistria sua
in peccor ex animo, qui
in castis gratitudinem ve
Abelionem (oper. Abul: In
Litt. sigl.) a. cap. (d) G

malum facere, & peccare in Deum meum... quem timeo. (d) Quasi diceret: licet vellem hoc malum facere, ad quod profligata audacia lena iteratis blanditiis tantum non cogit; si vellem omnem pudorem exuere, & animo conceptum scelus voluntaria malitia exequendum decernere, non possem tamen hoc malum facere, & peccare in Deum meum, quem timeo. Erubescite Studiosi omnes, quoties tæpe nullis allecti blanditiis, nullis adducti minis, aut persuasi pollicitationibus, ultro vos in fœdissima scelera præcipitatis, erubescite, inquam, & intelligite, literarum Candidatis, si propriam, aliorumque salutem profligare moluerint, hanc unam de timore Domini lectionem præ reliquis omnibus accuratè prædiscendam; Vos verò, Tricoronati Adolescentes, qui operam vestram, & studium laudabili pietate Magnæ Matri consecrâstis, illius doctrinam audire vel constanter pergite, vel alacriter inchoate. Hæc sit una omnium cura, ut *Timore Domini*, quo ad vixeritis, nunquam elabi ex animo patiamini. Hanc lectionem per diem repetite, per noctem revolvite, ponderate in publico, ruminare in occulto, in adversis relegite, in prosperis cogitate.

Quod si feceritis Grammatici loquentur purè, & emendatè, sinè ullo vel mendacii solæcismo, vel perversæ liugæ Barbarismo. Poëta non frequentabunt impura Musarum delubra; sed omne illud, quod ingenio pudori, quod honestati morum, quod integritati corporis, animique adversatur, cane pejus & angue detestabuntur, futuri tales, quales illos Apostolus (e) desiderat, ut omnis immunditia non nominetur in illis, sicut docet sanctos. Rhetores per Complexionem toto pectore amabunt Deum; per Præteritionem declinabunt peccata, eorumque pericula; ac per Gradationem ibunt de virtute in virtutem, donec videant Deum Deorum in Sion. Philosophi, contempto rerum terrenarum fastu, omnium suarum rationum ac speculationis centrum collocabunt Deum, atque in omni certamine ac disputatione cum mundo, carne, aut Demone Eduardi sexti, Britannicæ Regis, clypeo sese obarmabunt, in cuius pectore orbis referebatur inter nubes pendulus, cum Lemmate: NIL SINE DEO. Ità fiet, ut, quando illud universale orbis totius examen in valle Josaphat apertum fuerit, Tricoronati Adolescentes, scientiam Sanctorum edocti, adeò pulcre staturi sint, ut digni sint omnes futuri, qui à supremo Judice, & Mecanate Christo evocentur, Beatorum laureâ in cælis cum Magistrâ suâ in laboris præmium coronandi. Hoc singulis vestrum precor ex animo, qui omnes vos cupio in visceribus JESU Christi, semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens,

PAULUS ALEX. SOC. JESU.

- (a) S. Anselmus super illud: Intravit Jesus, &c. (b) S. Amb. lib. 2. de Virg.
 (c) Ecclesiast. I. cap. (d) Genes. 39. cap. (e) ad Ephes. 3.

CARMEN SECULARE,
 AD BEATAM VIRGINEM,
 PRO
 INCOLUMITATE PATRIÆ, ET URBIS COLONIENSIS,
 A C
 GYMNASII TRICORONATI.

Materia, pro præmio dictata Rhetoribus Tricoronatis.

MARIA, cum Tu sis Mater Dei, Tibi famulantur calum, & terra. 2. *En mundo venit seculum novum, & Roma stat Porta Aurea, recluso veste. Tu, qua precamur, audis.* 3. *Urbi, Tibi coeva, quam Rhenuis ambit, & Patria Coloniaensi sol melior oriatur.* 4. *Tellus sit fertilis frugum, & pecoris; & Cererem & Bacchum non dapaſcantur Insecta.* 5. *Venti, aſueti sternere arbores, & domos,* 6. *Habitent inhospitales locos, & maria, qua non possunt navigari.* 7. *Ibi furant & inter se pralientur.* 8. *Si tempeſtas oriatur,* 9. *Illa non noceat Cereri, aut Penatibus; & fulmen cadat sine clade.* 10. *Mars non affligat nos bello;* 11. *Sed Pax & Faustitas, & instructa divite cornu copia niveis bigis rura perambulenz.* 12. *Neque pestis graſsetur,* 13. *Sed omnes bene valeant.* 14. *Tribus Coronis inſlytam Gymnadem, Tibi ſacratam, benigniore Numine aspice præ reliquis.* 15. *O Virgo, da juvenuti probos mores: Qui non sinunt ſeregi, aut pigri ſunt, Gymnaſio procul arce Tuo.*

O D E
 TRICOLOS TETRASTROPHOS,
 S I V E
 CARMEN HORATIANUM.

CUM Tu ſupremi Numinis inſlyto
 Sis lata partu, Virgo, Tibi facer
 Se curvat Orbis, ſubditoque
 Prona genu famulantur aſtra.

Vent-

Venere terris
 Et diſſolutis v
 Stat Porta R
 Supplicite
 Tibi coevam pr
 Quam Rhenuis a
 Solumque Ag
 Irradiet in
 Sit terra frugum
 Alar frequentes
 Eruca de pal
 Aut Cere
 Euros feroces,
 Annola ſuetos
 Altiſque ite
 Strimon
 Inhospitalem
 Metam furori
 Gethoque
 Indoc
 Ibi effertatis
 Impune tur
 Deprelian
 Bella ge
 Si fulſtratis ſi
 Accenſus æthe
 Raucæque r
 Excitai
 Non peſtilente
 Ceres in agri
 Noſtros Pe
 Aſe cad
 Numquam G
 Perſtringat
 Beſtona m
 Sangui
 Sed junta Pa
 Et alma cor
 Inſiſtat cub
 Lata ſu

Venere terris en nova secula,
Et dissolutis vestibus aurea
Stat Porta Romæ : quæ precamur
Suppliciter, pia Mater audi.
Tibi coavam prætereuntibus
Quam Rhenus urbem fluctibus alluit,
Solumque Agrippinense Phœbus
Irradiet meliore flammâ.
Sit terra frugum fertilis, & gregem
Alat frequentem : dente nec invido
Eruca depascatur alma,
Aut Cereris, Bromiive dona,
Euros feroces, fulmineo impetu
Annosa suetos frangere robora,
Altrósque sternentem Penates
Strimoniis Boream procellis
Inhospitalem (namque potes) jube,
Metam furoris, quærere Caucasum,
Gelutque contrictam Amphitriten,
Indocilem tolerare puppes.
Ibi efferatis aëra flatibus
Impunè turbent: impavido mari
Depræliantes cum protervo
Bella gerant Aquilone Cauri.
Si sulfuratis ferveat ignibus
Accensus æther; fulmina si tonent,
Raucâque tempestate fetas
Excuriat fragor officinas;
Non pestilentem sentiat halitum
Ceres in agris, non quatiat fragos
Nostros Penates; sed quieto
Axe cadat sinè clade fulmen.
Nunquam Gradivus triste sonantium
Perstringat aures murmure cornuum;
Bellona nunquam istis in agris
Sanguineum quatiat flagellum.
Sed juncta Paci candida Faustitas,
Et alma cornu divite Copia
Invisat urbes, aureis que
Lata super volet arva bigis.

Nec

Nec Iustuoso pestis anhelitu
 Incestet auras, p̄rve cadaverum
 Exercitus promiscuorum
 Dira lues agitet curules.
 Cum prole vivant pancraticè Patres;
 Et cum Juventà sit Senibus bene:
 Matrèsque cernant ter beatos,
 Et tetricà sinè nube soles.
 Tribus Coronis Gymnada nobilem,
 Tibi sacratam præ reliquis Domum,
 Benigniori cerne vultu,
 Et radio meliore Iustra.
 Benigna Mater! da tenera probos
 Mores Juventæ; non dociles re g
 Gravi que torpentes Veterno,
 Pelle Tuâ procul ex palæstrâ.

§. 3.

Materia Prosa Græca iisdem Rhetoribus pro premio dictata.

Pallas Tricoronata in dycolos Adolescentes.

Pestes Juventutis (non enim estis digni alio nomine) ocus exeste ex Gymna-
 sio, quod vocatur Tricoronatum, & quarite alios Instructores, si velitis
 studere. Nam (a) *Qui discendi causâ frequentant scholas Societatis ꝑ ESU, illis
 abstinendum est à rebus omnibus, quæ morum honestati adversantur, & omnis
 immunditia non debet nominari ab illis: Si verò ceteris suo exemplo perniciosi
 fuerint, sciant se ex his scholis dimittendos. Denique in ætionibus omnibus ita se
 gerant, ut facile qui vis intelligat, eos non minùs puritatis anima, quam doctrina
 studiosos esse. Ite ergo dycolos socii, & quarite vestri similes, cum quibus studeatis.*
 (a) *Ita habent Regula, iis præscripta, qui volunt Societatis ꝑ ESU Gymnasia
 frequentare.*

VERSIO IN GRÆCUM.

Παλλὰσθητρὶς ἀνεσεμμένη εἰς τοὺς ὑβριστικοὺς νεανιῶν.

Λοιμοὶ νεότητος (οὐ γὰρ ἑτέρου ὀνόματος ἀξιοῖ εἶναι) ἀνώτερον ἀπαγοῦ ὑμῶν ἐκ τῶ τῶν
 τριῶν σεφάτων ὀνομαζομένην γυμνασίαν, καὶ τοὺς ἄλλους διδασκάλους ζητεῖτε ἀσπάζεσθαι
 θέλουσιν, τοῖς γὰρ εἰς τὰ τῆς τῶν Ἰησοῦ κοινωνίας διδασκαλεῖα τοῦ μακρὰν εἶνεκα φοιτᾶσθαι
 τῶν πάλιν χρημάτων τῆ τῶν εὐθῶν κοσμιότητι ἐναγλιεμένων ἀφοκτεῖν, καὶ τὸ πᾶν ἀκάθαρτον
 οὐκ

...
 ...
 ...
 ...
 ...

MATERIA C
 IISDEM P R

Paraphrasi ad Tricoronata

Vulnera
 Nec v
 Tu quoque Pl
 Noctes atq
 Pallada qui se
 In lucem fe
 In neque vict
 Gloria t

VERS

Παλλὰσθητρὶς πρὸς το
 ἴνα παρὰ τῶ
 Τριῶν α πνευρῶν δ
 καὶ τῶν νεῶ
 Καὶ τὸ ἱλαρῶν δ
 Χρησθῆναι το
 Παλλὰσθητρὶς
 εἰς τὸ ἀκαθάρ
 μὴ ἐπιτελεῖν κα
 Ἄλλο. πνευρ

οὐκ ὀνόμαζεν· οὐδὲ ὕπ' ἐκείνων. ἐλεύθριοι δὲ τῶ σφῶν ἐνδείγματι τοῖς ἄλλοις τιτοχηρότες,
 ἴσασαν ἐκ τῶν τούτων διδασκαλίαν ἑαυτοῦς ἀφελήσασθαι, τέλος δὲ ἐν πάσαις ταῖς
 πράξεσιν ἑαυτοῦς οὕτως παραχέτωσαν, ὥστε βραδίως ὄντινα γινώσκων, ἐκείνους οὐκ
 ἐλαττον φιλοκάλους, ἢ φιλολόγους εἶναι. ἴτε ἀρα τῆς ἀσολγίας νεανίας, καὶ ὁμοίους
 ὁμῶν, μεθ' ὧν σπουδάζετε, ζηγεῖτε.

§. 4.

MATERIA CARMINIS GRÆCI,
 IISDEM PRO PRÆMIO DICTATA.

Paraphrasi ad Tricoronatos Adolescentes, ut diligenter studeant.

Vulnera nec Miles, nec frigora curat Arator,
 Nec vitat tumidi Nauta pericla maris.
 Tu quoque Pieriæ sequeris qui signa Minervæ,
 Noctes, atque dies ne vigilare time.
 Pallada qui segnis colit, aut cui stertere multam
 In lucem sensim, Phœbo abeunte libet:
 Is neque victrices palmas, neque præmia speret,
 Gloria desidiam nescit honora sequi.

VERSIO IN GRÆCUM.

Παραίνεσις πρὸς τοὺς τρεῖς εὐσηφάνεις νεανίας,
 ἵνα μετὰ σπουδῆς σπουδάζουσι.

Τρέμαλι τευχῆσθες ἀλογεῖ, καὶ φύχεια τμήγης,
 μήτε ἄλλων ναύτης οἰδματα δεινὰ δέει.

Καὶ σὺ ἐλλογίμου ἀκολουθῶν σήματ' ἀθήνης.

Νηρέμεν οὐ νυχίη ἡματίητε φοβοῦ

Ἥλαδα καθρώδης τιμῶν, καὶ πλεῖον ἐς ἕμας

Ἡρέμ' ἀπερχομένης ἡλίουιο, κέων,

Μηδὲ ἐπιπέδω καλά νικητήρια, μηδὲ

Ἄθλα. πρίποτὸ' ἐπιταί μη ἀμελεῖντι κλέα.

νεογενεῖα ἰδὲται.
 ἔπειτα.
 ocus exelle et Gynto
 s. Multo dices, i velitis
 la Struatiu [ESU, illis
 adferuntur, & omnis
 πύργου ἐκταρῆ περιουσίᾳ
 αἰτιουμένου ομοίως πύργου
 αἰτιαται, ἑκαὶ ἀπὸ τῆς
 ales, cum quibus fidei
 ciatu [ESU ἑκαὶ
 ECUM.
 αἰς νεανίαι.
 ἄνευ ἀπορροῦν αἰ τὸ πᾶν
 ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς
 αἰ τοῦ μαθητοῦ ἑκαὶ ἀπὸ τῆς
 ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς

MATERIA PROSÆ LATINÆ,
POETIS TRICORONATIS PRO PRÆMIO DICTATA,
CHRIVA VERBALIS.

Qui discendi causâ Societatis JESU Gymnasia frequentant,
pravas aliorum consuetudines fugiant.

Ex Regulâ XI. Studiosis Gymnasiorum Societatis præscriptâ.

In exordio laudabis Societatem JESU hoc ferè modo: Extollant alii Societatem JESU, quòd semper Hæresin oppugnet, idcòque illam appellens Turrim David, ex qua prodeant tot armati Duces, ac strenni Orthodoxæ Fidei Defensores. Prædicent illam alii, quòd cum ipso Damone in extremis mundi partibus felicissimè decertaverit, eamque ob causam nuncupent illam salutem novi orbis, terrorem Damonum. &c. Celebrant illam alii, quòd semper vitiis bellum moveat, eaque quâ scriptis libris, quâ verbis infectetur, ac propterea illam nominent inimicam scelerum, frenum effrenis libertatis, debellatricem vitiorum. Ego tamen sic existimo, illam maximè laudandam esse, quia juventutem studiosam, à cuius informatione omnium salus pendet, tam sollicitè educat. Hanc bonam juventutis informationem ut impetret facilis, varias eidem regulas præscribit, inter quas facile principem locum obtinet ista: Qui discendi causâ Societatis JESU Gymnasia frequentant, pravas aliorum consuetudines fugiant.

EXPOSITIO. Hanc regulam dices expositione non indigere, cum liquido constet, Societatem JESU hac lege præscriptâ velle, ut sua cura commissi Adolescentes omnino caveant, ne cum pravis sociis conversentur. **CAUSA.** Quisquis enim agit cum pravis sociis, ab illis pervertetur. Hoc tractabis isto modo: Quod ut manifestius appareat, Adolescentem aliquem ad omnes modestiæ & probitatis leges efformemus: hic describes Adolescentem bonis moribus ornatum, diligentem, pium, reverentem. &c. Tum subdes: faciamus talem in pravos socios incidere, & brevè expio fiet impius &c. per Antitheses. Omitte hic Contrarium, & post Exemplum etiam Testimonium. **SIMILE.** Homo sanus corpore si conversetur cum aliis peste, vel morbo alio contagioso infectis, statim luem contrahet, & periculum mortis succurret. Ità Adolescens integer animo &c. **EXEMPLUM** sit Adolescens ille integerrimus, qui à pravis sociis seductus, eò devenit criminum, ut sententiam capi-

capitis tulerit, à suo Professore ad furcam eductus, atque ab uno suorum Conditi-
pularum, etiam seducto, qui ne supplicio afficeretur, Licitoris officium admiserat, ex
fatali ligno suspensus. Hoc exemplum aptis figuris exornabis. IN EPILOGO
dices, Societatem JESU prudenter fecisse, diuinam legem suis Discipulis præscri-
bendo, & hortaberis Tricoronatos Adolescentes, ut eandem sanctè obseruent.

E L O C U T I O.

Extollant alii, per me licet, maximis laudum præconiis minimam Societatem
JESU, quòd illa jam inde à primis sui ortùs temporibus, continuato
hucutque bello immane illud portentum hæresiu & generosè oppugnet, & glo-
riosè triumphet, ideòque illam nuncupent (a) Turrim David, armis ad
Ecclesia defensionem contra impios hæreticos referant, ex qua indices prodeant
tebres Salmerones, eruditi Bellarmini, docti Maldonati, insignes Toleti, alique
complures, totidem armati Duces, ac strenui Orthodoxæ Fidei Defensores. Prædicent
illam alii, quòd non contenta in nostris confiniis cum Hæresi bello contendere,
insuper ultra Europæ terminos ad ceteras mundi totius partes vexilla crucis extu-
lerit, ibique Dæmonem ipsum aggressa, illius fana destruxerit, idola confregerit,
spectra fugaverit, eversoque infernalium Spirituum imperio bene multas anima-
rum myriades ex diabolicâ servitute in libertatem Filiorum Dei asseruerit; ac
propterea eam nominent (b) salutem novi orbis, terrorem Dæmonum, ruinam idolo-
latræ, & exercitum ipsi inferorù copias terribilem, ut castrorum unacuius ordinatam.
Celebrent illam alii, quòd pro incolumitate virtutum sanctâ & rectâ (ut ajunt)
conservandâ, velut pro aris, & focis semper defudet, atque flagitiis bellum perpe-
tuò moveat, in scelera ex pulpitis detonet, vitia calamo perstringat, licentiam
vita castiget; eamque ob causam (c) appellent illam asylum virtutis cuius-
quavis, inimicam scelerum, frenum effrenis libertatis, & debellatricem flagitiorum.
Ego interim sic existimo, Societati JESU maximam laudis partem prove-
nire ex illo capite, quòd, eum operam multam in alia dispenseret officia, & proxi-
morum ministeria, curam tamen præcipuam, maximèque industriam uni studiosè
Juventuti bene educandæ reservert, optimè conscia, quòd à rectâ Adolescentium
instituzione non modò salus illorum propria; sed aliorum penè omnium incolumi-
tas dependeat. Tolle enim à communione hominum rectam studiosorum
informationem, & ætatem omnem, ordinemque perverlis erroribus, falsis
dogmatibus, improbitate morum, & depravatâ vivendi licentiâ corrupisti. Hanc
bonam Alumnorum suorum instructionem ut impetraret facilius salutis alio-
rum studiosissima Societas, non dubitavit varias eisdem leges, velut bene studen-
di, beatèque vivendi regulas præscribere, quas dum sanctè observarent, animos
suos & ingenuis artium rudiis imbuerent, & præclaris virtutum ornamentis

H

cordo

ATINÆ,
EMIO DICTATA

ALIS.

monas frequen-
tiant.

societatis præscrip-

ods: Extollant alii
que illam appelle-
Orthodoxæ Fidei Defen-
is mundi partib; usque
torem novioris, tenu-
vitiis bellum moveat,
rea illam nominant
con vitiis. Ego
nem studiosam, ac pro-
doci bonam, juvenuti
restris, ut eam
tatis JESU Gymna-

novi indigere, cum
e sua cura commisit
CAUSA. Quibus
tractabitur ista
modestia & pro-
eritiam, diligenter, p-
atos suos, videtur
retatum, et post
pote & consuetu-
strabatur, & penam
EMPLUM in Ad-
mi criminum, v-
cap-

condecorarent. Inter has *leges*, quia omnium facile utilisima est, maximeque necessaria, principem ferè locum sibi vendicat ista: *Qui discendi causà Societatis JESU Gymnasia frequentant, pravæ aliorum consuetudines fugiant.*

Expositio. Hæc regula uti nullâ verborum obscuritate confusa est, ita etiam nullâ videtur illustratione indigere; liquidò enim constat, Societatem JESU ab omnibus, qui literas docendi ad ejus Gymnasia veniunt, his verbis exigere, ut in usu sociorum omni studio caveant, ne in eorum familiaritatem se se influent, quos neque morum probitas commendat, neque honesta educatio, aut vitæ innocentia nobilitat.

Causa. Nec illud immeritò; quisquis enim pravorum Adolescentum consortia studiosissimè non devitat, ad parem vitæ perversitatem seducatur necesse est. Quod ut manifestius appareat, Studiosum aliquem ad omnes modestiæ & probitatis leges efformemus. Instruamus frontem ejus pudore, oculos modestiâ, genas verecundiâ, vultum submissione. Removeamus ab illius verbis omnem proterviam, à moribus turpitudinem, à gestibus indecentiam, à toto corpore deformitatem. Fingamus eundem in Superos religiosum, in Parentes pium, erga Majores reverentem, in aequales humanum, erga omnes obsequiosum. Sit ille in ludo literario frequens, & assiduus, in studiis pertractandis diligens, vitorum hostis acerrimus, virtutum amator studiosissimus; ubique, & semper modeste compositus, omnibus candore morum amabilis, nulli exemplo vitæ perniciosus. Faciamus, hunc eundem suis numeris adèò perfecte absolutum Adolescentem in perversorum consortia incidere, & evolutò exigui temporis spatio videbimus, eundem velut haustâ potionè Circæ in portentum hominis transformatum. Frontem deturpavit audacia, oculos impudentia, linguam procacia, vultum arrogantia, totum denique corpus depravata morum perversitas deformavit. Nulla est amplius in verbis synceritas, nulla in gestibus verecundia, nulla in incessu moderatio, nulla in corporis totius habitum morum compositio. Illa in Superos religio, in Parentes pietas, erga Majores observantia, erga æquales humanitas jam prorsus evanuerunt. Diligentiam in studiis expugnavit desidia; amorem virtutis, & horrorem vitorum debellavit consuetudo scelerum; candorem animi, parendi studium, vitæ innocentiam morum turpitudine, contumax impudentia, ac proffigata vitæ licentia detriumphavit.

Simile. Nimirum homini sano par est Adolescens integer, & sodales corrupti similes sunt iis, quos morbus aliquis pestilens contagione vitavit. Ut ille sanitatem corporis profliget, ut præsentem sibi mortem accersat, satis est, vel semel afflatus esse halitu illius, quem fatalis lues, aut gravis pestilentia corripuit. Ut iste integritatem animæ eat perditum, ut discrimen adeat sempiterni exitii, satis est vel semel injecisse dexteram illis, quorum animos foeda morum corruptela depravavit. Tantam vim habet ad corrumpendos integros perditorum Societas.

Exempto

Exemplum. Vultis, ut hoc ipsum vobis exemplo confirmem? Historiam omnino tragicam, atque ante illud tempus inauditam accipite. (d) In urbe Belgii non ignobili Adolescens erat, parentibus natus perhonestis, atque apprime copiosis, à quibus filius unicus ad omnem vitæ honestatem, morumque elegantiam formatus, didicit à puero omnem operam uni virtuti, pietatique consecrare. Literis deinde applicatus tam iustitia semper edidit devotionis, ac diligentia specimina, ut cum indolis præstantiam, & ingenii felicitatem, tum magnos in literis, ac virtute profectus, omnes non raro suspexerint, maximèque commendarent. Nullus erat æqualium, qui Adolescentem hunc sive literarum studio, sive virtutum exercitio vinceret; pauci, qui ad illius eminentiam accederent; multi tamen, qui imitari præeuntem, & ducta per eum lineamenta suis in se coloribus exprimere laborarent. In hoc uno, cetera fortunatissimus Adolescens, infelix fuit, quòd post studia libertatem adeptus cœperit perverlis sociis consuetudine, à quibus, ut est flexilis ad malum adolescentia, & ad pervertendum efficaciorum societas, pessimè seductus, primò cum iis domo, patriæque profugit, tum vitam omnibus flagitiis, ac latrociniiis infamem tamdiu traduxit, donec in flagranti deprehensus, ac captus (illà tempestate vigesimum quintum ætatis annum agebat) sententiam capitis tulerit, in probrosâ trabe debitam flagitiis penam redditurus. Die fatali constituto, adest sub crepusculum matutinum ex Societatis Jesu Collegio evocatus Sacerdos, qui morituro in hoc extremo vitæ articulo assistat; cum derepente ad primum Sacerdotis conspectum reus ita perturbatus fuit, ut facultatem loquendi multo tempore amisit. Postmodum, ut animum recollegit, in miserandos questus, & furibundos planctus prorupit, Sacerdote, quidquid momentum aliquod ad pacandam mentem conferre posset, potenter quidem, sed nequicquam ingerente. Reus interim Sacerdotem inter reciprocatos singultus, & lacrymas, oculis irretortis semper intuitus, tandem abruptens suspiria, profatur: Ah, mi Pater, nihil eorum, quæ hac fatali luce obventura sunt, spiritum inquietat, sed! sed! Nec plura locutus, ex animis condidit. Post adhibita fomenta sibi redditus, cum locum ab arbitris secretum, in quo soli cum solo liceret agere, intrâsset, ille in collum Patris involare, pectus stringere, manus osculari, ac demum lamentabili voce exclamare, heu! mi Pater! heu! nonne me nôsti? annon tali in urbe, atque à tot annis literas docuisti? annon illos, & illos (quemque suo nomine distinguebat) è Discipulis primos, & inter primos me ipsum, hoc nomine appellatum, numerasti? Hæret ad hæc attonitus Sacerdos, suumque olim Discipulum contemplatus, vix potest in animum inducere suum, juvenem, capillitio ferum in morem promisso, vultu lurido, habitu inculto, barbaris latrociniiis notatum, ac mortis condemnatum, filium esse unicum florentissimæ, ac locupletissimæ familiæ; atque aded 15. milium Florenorum quot annis heredem existere: illum Narcisum, cui parentes

optimi cum lacte nutricis omnem pietatem intillârant, ipse verò in scholis ob
 candidissimos mores, vitæ probitatem, & profectum in studiis singularem præ
 aliis complexus fuerat, eò tandem devenisse, ut Magister Discipulo tam triste
 ministerium exhibere cogeretur. Verùm ubi intellexit, Adolescentem, post
 absoluta studia rude donatum, ad pravorum consortia declinasse, quam citò
 admirationem tantæ mutationis deposuit, tam ægre luctuoso infelicis Discipuli
 fato indoluit. Atque ne in negotio æternitatis momentum diffueret, reum
 hortatus est, ut omni cogitatione familiæ, parentum, ac fortunarum depositâ,
 totum se discutendis ac eluendis vitæ noxis impenderet; quod ubi peractum
 est, pulsantur fores, subingreditur Carnifex, ac de more veniam à reo deposcens,
 distat, se non nisi partes sui muneris executurum. Lictorem arbitrat
 primò Adolescens, tum voce languidâ, ac corde pavido ità eum percunctatur:
 Non nôsti tu me? & tu, mi Pater, non nôsti illum? negat uterque, alterurum
 se nôsse. O confusionem horribilius, quàm unquam, exclamat ille, &
 confusionem! ô eventus, si qui ab orbe condito, maximè tragicos! animos,
 Fili mi, inquit Confessarius; jam pridem latus, ac libens ad mortem
 properabas, unde ea repentina formido, & perturbatio? Ah, reponit Juve
 nis, sortem utriusque vestrum lugendam! Ecce, inquit, mi Pater, hic alter
 tuus quondam Discipulus; hic meus in eodem Gymnasio Condodalis; tu utriusque
 nostrum Profesor extitisti. Quem hic è tribus, Auditores, magis attonitum
 stetit se existimatis? Carnifex ex illo, quem de primâ ætate suâ tenebat disculsi,
 ut planè in notitiam Rei devenit, eò se adductum videret, ut Lictoris officio perfun
 ctus amantissimum olim Condiscipulum fatali supplicio excarnificet. Et at ille
 honestate familiæ, & possessione facultatum non multò inferior; ingenio aq̃
 prompto, & raris tum corporis, tum animi dotibus omnium amorem, & com
 mendationem, cum in scholis esset, sibi conciliaverat. Præterea in eo emine
 rat singularis erga Dei Parentem cultus, & amor non vulgaris, qui cetera ejus
 ornamenta, quanquam se ipsis conspicua, unus tamen facilè omnia, ceu major,
 illustriórque obruerat. Verùm & ille fasus est, se, ubi à Moderatoris disciplinâ,
 & proborum contubernio ad pravorum societatem deflexisset, miserè persua
 sum, bello nomen dedisse, ubi in omnem malitiam præceps, dies & noctes poran
 do, pergracando, grasfando transfegerit, tandem sceleratam vitam peractum, cum
 inquietudinem animi ferè amplius non posset, à lignis profugisse; at à fugâ
 statim retractum in vincula, capitis fuisse condemnatum. Verùm cum Lictor
 consideraretur, pudet, inquit, proloqui, ut vitam servarem, me ad illud tam fœdum,
 ac ferale munus obtuli; in quo ut hætenus vitam, omni morte acerbiorẽ duxe
 rim, nunc tamen vel hoc solo maximè execrandum accidit, quòd me ad actum
 hunc ultimum iniqua fortuna reservaverit. Interim reus in Carnificis amplexus
 irruens, agedum, inquit, tu me momento unico beatæ æternitati pores asserere;
 nul-

M A T E
 Poësis Triconon
 DESCRIPTIO MA

Quæ t. a. etiam re celebra
 Cloniam: Et nunc etiam
 nomen, partem appropi

nulli unquam mortalium amoris pignus adeo carum contuleris; vince te ipsum, & extremam hanc operam mihi & iustitiæ non graveris impendere. At quis non dico enarrare; sed mente complecti valeat, qui motus animorum exorti sint, ubi hi tres in scalis constitere, atque ultimum vale alter alteri impertiretur, præcipue in utroque superflite, cum videret carissimum sibi Adolescentem ex infami patibulo triste spectaculum palpitare. Peractâ jam tragœdiâ, Sa cerdos ad Senatores omni populo audiente, mysterium omne, & fontem, & Carnificem conjunctissimos olim Sodales, ambos suos discipulos extitisse, palam exposuit; multis stupore defixis; aliis in commiserationis lacrymas profusis; omnibus, salubre juvenibus spectaculum, suis inculcantibus, ut perverforum (d) consuetudinem cane pejiis, & angue averferentur.

Epilogus. Maneat proinde, quod omnes boni hucusque judicârunt, Societatem JESU prudentissimè fecisse, quod lege tantum voluerit, ut suæ disciplinæ commisi Discipuli pravorum familiaritatem quàm possunt studiosissimè devitent. Vos verò Adolescentes Ingenui, quotquot discendi causâ Tricoronatum hoc Gymnasium frequentatis, me authore nihil habebitis antiquius, quàm ut huic regulæ sanctissimâ observantiâ pareatis, atque in sociorum delectu, omni studio, diligentiaque curetis, ne cum improbis ad sempiternam animarum vestrarum perniciem conjugamini. Hoc à vobis Parentum erga vos amor, hoc familiarum vestrarum decus, hoc Moderatorum sollicitudo requirit. Hoc à vobis recta educatio, hoc vitæ institutio, hoc Confodaliū exempla effragitant. Hoc Tricoronati nominis, quo insigniti estis, glôria, hoc Mariani Gymnasii, quod frequentatis, celebritas, hoc Virginæ Matris, quam elegistis in Præsidem, excellentia deposcit. Hoc denique vobis dicat ratio, suadet honestas, præscribit regula, salus propria desiderat, ego dixi.

(a) (b) (c) *Hus elogis viri ex omni ordine celeberrimi Societatem JESU txornant.* Vid. Indic. Gomez. (d) *Hanc Historiam describit Engelgraff in Pantheo Orat. de S. Cathar. ubi & dicit, se studio omissere nomen Adolescentis, & familia, quo eorum honori consulatur.*

S. 6.

MATERIA CARMINIS,

Poëtis Tricoronatis hoc anno pro præmiis dictata.

DESCRIPTIO MARTYRII SOCIETATIS URSULANÆ.

URSULA, etiam te celebrabunt nostra carmina; nam tua mors fecit celebrem Coloniam: Et nunc ornas hanc Urbem, & in templo servantur ossa tua. Et jam putum agmen, portis appropinquans, videbat altam turris Ubias. Undique rûebat

H 3

Agris-

Agrippina cohors circumfusa ut videret; aliqui è muris, aliqui è tectis avidi pendebant: Ipse Maximus, quem fama exciverat, accelerat, & gestit propius videre, quales sint hi homines, quod Numen sit turba. Interea viderat, quod gens parare nova sacra, quòd ferret novos ritus, & sperneret cultus Deorum. Tum scindens vestem, & tiamam allidens terra, sic loquitur: Hac video, nec adhuc subit ira delere genus? quin post raptam undique tela curritis Jovis ultores, & certatim deleris gentem? non redeat telum, nisi fueris sanguinolentum: discant non aspernari Deos, & meum regnum novo Christianorum cultu irritare. Postquam hæc dixisset, militas, ne posset fugere, turbam obsident. Plurimè tela; illa sicut hostiæ promptæ ad necem, in unum cumulum se glomerant. Aliqua tundeant pectus, & manus ad calum orantes tendebant: Aliqua objiciebant collum, gladium Tyranni exceptura. Una etiam in medios hostes se conjiciens, nudabat cervicem in ictum; en presto sum, exclamat, pascere meo dolore, & exulta me victâ. Strages, & funera illius diei non possunt explicari verbis, neque satis deseri. Rhenus, flumine turbidus, vehebat multa corpora, & dicunt, quòd vicina ripa undaverint cœnore, & Nympha patris sanguinem legerint.

C A R M E N E P I C U M.

TU quoque carminibus celebraberis inclyta nostris
 URSULA; namque Ubii lunatis mœnibus agri
 Æternam moriens famam Regina dedisti:
 Et nunc ornat honos Urbem hanc tuus, osq̃que templum
 Marmoreo in tumulo (si qua est ea gloria) servat.
 Jamque propinquabat portis, Ubiasque videbat
 In cælum educatas turres nive purius agmen.
 Undique visendi studio Agrippina ruebat
 Circumfusa cohors: pars alto è culmine muri,
 Pars avidi è tectis pendebant: Maximus ipse
 Excitus famâ accelerat, propiusque tueri,
 Quod genus hoc hominum, turbæ quæ Numina, gestit.
 Viderat interea Gentem nova sacra parare,
 Ferre novos ritus, & Divûm temere cultus.
 Tum rutilam scindens vestem, capitisque tiamam
 Cum fremitu allidens terram, sic ore profatur:
 Cernimus hæc oculis, nec adhuc subit ira nefandum
 Extirpare genus? quin raptis undique telis

Currit

Currit, & dex
 Certas Jovis u
 Non redeat telu
 Chirliadimque
 Dixerat, & m
 Ne spes ulla fug
 Telorum pluit ar
 Tempestas armos
 Promptæ neci, tur
 Pectora paratund
 Ad fatum cum v
 Colla objectabat
 Est quoque, que
 Et niveæ cervicis
 En adsum, exclam
 Pascere, & exult
 Quis litagem il
 Explicet, aut po
 Quanta Puellar
 Corpora veſta
 Rhenus Patet?
 Vicinas ripas
 Auratis avide

MATERIA, PR
 HISEM HUM

Pallu Trivernata is S

Del parati inepti Adoleſce
 hoc vobis non perſuadeat
 bus, & ad quas pro libi
 tum ſubire, debet ſervat
 etiam ad Indas, & r
 ſiſis, & in amandis
 non poſſe eſſe Diſcipulu

Curritis, & dextrâ sceleratam excindere gentem
 Certatis Jovis ultores? nisi sanguine tinctum
 Non redeat telum, discant non temnere Divos,
 Christiadumque novo mea regna lacescere cultu.

Dixerat, & miles ne quâ dare terga potestas,
 Neu' spes ulla fugæ, navem obsidione coronat.
 Telorum pluit atra seges, & ahenea latè
 Tempestas armorum: illæ, velut hostia ad aras
 Prompta neci, cumulum timidæ glomerantur in unum.
 Pectora pars tundens palmis, tendebat inermes
 Ad cælum cum voce manus: pars obvia morti
 Colla objectabat, gladium exceptura Tyranni.
 Est quoque, quæ medios se se mittebat in hostes,
 Et niveæ cervicis ebur nudabat in istum:
 En adsum, exclamat, nostro male suade dolore
 Pascere, & exulta prostratâ virgine victor.

Quis stragem illius lucis, quis funera fando
 Explicet, aut possit lacrymis æquare dolores?
 Quanta Puellarum per aquas fluitantia passim
 Corpora vectabas, rubicundò turbidus alvêo
 R hene Pater? quin & fama est, undâ se cruore
 Vicinas ripæ plateas, Nymphâsque sacratum
 Auratis avidè pateris legis se cruorem.

MATERIA, PRO GRÆCO PRÆMI
 IISDEM HUMANISTIS DICTATA.

Pallas Tricoronata in Studiosos pigros, & libertatis amantes.

Quid putatis inepti Adolescentes? an patiar, vos frequentare scholas meas?
 hoc vobis non persuadeatis. Scholæ meæ non sunt similes columbariis,
 ex quibus, & ad quas pro libitu liceat avolare, & revolare. Qui vult hanc
 palæstram subire, debet servare leges, quas ipsi præscribo; inter has etiam ista
 est: *Serid animus ad studia, & constanter adjiciant; sine in scholâ matre frequen-*
tandâ assidui, & in audiendis lectionibus diligentes. Qui non vult servare hanc
 legem, non potest esse Discipulus meus, & est indignus nomine Tricoronati.

VER-

VERSIO IN GRÆCUM.

Παλλὰς ἡ τρις ἀνοσεμμένη εἰς τοὺς σπυδασὰς ὀνηγροῦς καὶ τῆς ἐξουσίας φιλέντας.

Τί νομίζετε, ὦ ἄστοι: μείρακι; ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς εἰς τὰ διδασκαλεῖά μου ριγᾶν πιστομαί; τῷ ὑμᾶς οὐ κείτατε, τὰ διδασκαλεῖά μου οὐχ ὁμοιοῦται τοῖς περιτριφῶσιν, ἐξ ὧν, καὶ πρὸς τοὺς, ὅπως πᾶσι βλάπτω, ἀποκίτετα καὶ ἀναπτέτα ἐξῆ. ὁ ταύτην παλάστραν δδεν βλάβητος, τοὺς νόμους τοὺς ὑπό μου αὐτῶ ὑπογραφομένους σώζειν ὀφέλει. ἐν οἷς καὶ ἐκείτος ἐστὶ, πρὸ δὴ τῶν νοῦν τοῖς λόγοις καὶ εὐσαθῶς ἐπιχέτωσαν. ἔπρωσαν ἐν τῷ φιλῶν εὐκαίρως εἰς τὸ διδασκαλεῖον συνεχῆς, καὶ ἐν τῷ ἀκθην ἀναγνώστων ἐπιτελεῖς. ὁ τῷτον θεσμῷ: φολίττειν οὐ βλάβητος οὐ δόξαται εἶναι τῶν μαθητῶν μου καὶ τῷ ὀνόματι τῷ τριεπίθῃ ἀνάξιός ἐστι.

§. 8.

PROSA GERMANICA,
Syntaxistis Tricoronatis hoc anno dictata pro præmio.

Pallas Literata ad Studiosos Tricoronatos.

Wie schon die hochgebenedeyte Jungfraw / und Mutter Gottes Maria allen
Leuthen/welche sie verehren/zu Hülf Kompt/wan sie in Unglück gerathen seynd/
dannoch läßt sie ihr sonderlich angelegen seyn das Heil der jenigen / welche ihren
Nahmen in das Sodalitäts-Buch haben eingeschriben / und seynd allezeit beflissen
in der Lieb gegen ihre Mutter zuzunehmen. Diesen stehet sie wie ein trewe Mutter
bey / wan sie nach entstandnem Ungewitter auff dem Meer hin und her durch die
Wellen getrieben werden / und in der euffersten Gefahr seynd zu g: und zu gehen.
Andere / wan sie irgend wo hin reisen / damit sie nicht in Gefahr kommen von den
Mörderen/nach geraubtem Geld und Kleideren getödt zu werden / führt sie in einen
solchen Weg / durch welchen sie frey und frantz ohn alle Forcht von den Räubern
angefallen zu werden/ zu dem Orth gelangen / zu welchem sie ihre Reiß angestellt
hätten. Andere/wan sie auch meynten/ es seye mit ihnen verzweifelt/errettet sie aus
anderen Unglücken und Ubelen / welche dem Menschen in diesem Leben flegen auff
den Hals zu kommen. Allen stehet sie insonderheit bey/wan sie an Kräfften außge-
mergelt/mit dem Todt ringen/ und scheint/ daß sie num die Welt segnen werden.
Dieses ist erfahren worden/andere zu geschweigen/von dem Welt berumbten Justus
Lipius.welcher hiezü Eöllen in dem Gymnasio Trium Coronarum studirt hat / und
ein eiffriger Sodalıs der Mutter Gottes gewesen ist. Als dieser in den letzten Zugen
lage/und gefragt wurde/ob er sich auch für den Tod fürchtete/ hat er unerschrocken/
und

VERSIO

... quoniam nimis laudibus
... quantum debito venie
... non directa fortuna ca
... qui suo nomine Alb
... magis magis magis
... Mater, quando o
... habebant, in p
... nec aliquid facie
... in via: a latronibus
... es, omnique metu
... multoerant. A
... res esse existimant
... rica. Denique
... chaulti, ac au
... quos alios prazere
... Tricoronati hu
... rege Desiparam
... interrogaretur an
... copiam. Magna bla
... pponit hoc Gym
... in eodem, quod I
... amus admittere,
... metis. Unq
... monitos, ut in
... ro ipsos in spe
... z Vaginis, &
... dicitur.

und voll Frost geantwortet: wie soll ich mich für den Todt fürchten / da ich ein Sodalis bin der Mutter Gottes & Deswegen muß ich euch/die ihr dieses Gymnasium frequentiret / die freye Künsten zu erlernen / Glück wünschen / daß ihr für andere Studenten von der Mutter Gottes seyd gewürdiget worden / ihr als einer Patronin erwer Leben lang zu dienen. Eins allein muß ich euch auff's hefftigst ermahnen / daß ihr euch also verhaltet / daß / wer euch nur ansehen wird / aus euren Sitten abnehmen könne / daß ihr Sodales seyd der Mutter Gottes / und so wohl euch auff die Andacht / und Jugend / als auff das Studiren begehbet.

VERSIO IN LATINUM.

Quaquam summis laudibus extollenda Virgo, & Dei Mater Maria omnibus, qui eam debito venerationis cultu prosequuntur, est auxilio, quando cum aliquo adversæ fortunæ casu consistantur, præcipuè tamen curat salutem illorum, qui, suo nomine Albo Sodalitatis inscripto, in id unum semper incumbunt, quo indies magis, magisque in amore erga suam Matrem proficiant. His adest, ut fida Mater, quando ortâ tempestate inter concitatas irati maris procellas huc, illuc fluctuant, in præsentissimo naufragii periculo constituti. Alios, si quando terrâ iter aliquid faciendum est, ne spoliati vestibus, & pecuniâ discrimen adeant vitæ suæ à latronibus adimendæ, in eam ducit viam, per quam salvi, & incolumes, omnique metu, ut à prædonibus obruantur, liberi eò perveniant, quod suum iter instituerant. Alios, etiam tum, quando nullam salutis conservandæ spem superesse existimant, ex iis fortunæ casibus eripit, quibus humana vita solet esse exposita. Denique suis omnibus præsto est, illo præsertim tempore, quo viribus exhausti, ac cum morte colluctantes, suum diem obituri videntur. Hoc ipsum, ut alios præteream, expertus est celeberrimus toto orbe JUSTUS LIPSIUS, Tricoronati hujus Gymnasii olim Discipulus, & Sodalis Parthenius, pietate erga Deiparam nulli secundus. Cùm ille ad extremam vitæ lineam adductus interrogaretur, an mori pertimesceret? egone, ità sui securus, ac plenus solatiis reposuit, Magnæ Matris Sodalitatis mortem obire pertimeam? Est ergo, cur vobis, quotquot hoc Gymnasium liberales artes docendi frequentatis, ex animo gratulari debeam, quod Dei Mater gratiose dignata fuerit, vos præ aliis literarum Alumnis admittere, qui vitam omnem suo Patronæ Vestræ honori, & obsequio consecretis. Unum est, cujus vos omnes quàm possum vehementissimè velim admonitos, ut in rebus, atque actoribus omnibus ità vos geratis, ut quisquis vos ipsos inspexerit, facile ex moribus vestris intelligat, vos Sodales esse Beatæ Virginis, & non minùs pietatis, ac virtutum, quàm literarum, doctri-
que studiosos.

M A T E R I A C A R M I N I S,
pro præmio supremæ Grammatices Discipulis dictata.

Sodalis Tricoronatus ad Beatam Virginem.

Programma. *Mater JESU. Anagramma. Me tuearis.*

MARIA, Regina cali, & terra, ad cuius arbitrium salus stat, & cadit. 2. Ecce tuus Clientis cingitur periculis, & in meum caput conveniunt plurima turba. 3. Hinc venit Cypris, quam comitatur Cupido, & jacit faces, qua sunt tela. 4. Inde ruunt monstra, que infernus genuit, & intentans mille plagas, & neces. 5. Superbia, qua habet inflatas venas, primo subit; proxima Avaritiâ bellum movet. 6. Mo. sequitur Gula & miscet pralium. Huic Ira manum jungit. 7. Succedunt Envia quas non possum numerare. 8. DIVA, potens inferus, tuere Sodalem, & doma Stygiâ monstra. 9. Nisi fatias, ô Virgo! despero, & nulla ara dabitur mea fortuna.

Beata Virgo ad Sodalem Tricoronatum.

Programma. *Virgo potens. Anagramma. Protego sinu.*

10. O Sodalis, cui nomen dederunt tres Corona, nimium Deo & mihi dilecte
11. Noli timere; ut infernus non possit nocere, te, & meos Virgo potens sinu protego.

C A R M E N.

Mater JESU. Anagramma. Me tuearis.

Æ Therei Regina poli, terraque, MARIA,
Cujus ad arbitrium stârque, caditque salus.
Ecce tuum cingunt metuenda pericla Clientem,
Et coit in nostrum plurima turba caput.
Hinc properat Paphio comitata Cupidine Cypris,
Et jacit obscenas, noxia tela, faces.
Inde ruunt in me stygiâ fata monstra palude,
Et mille intentant vulnere, mille neces.

Prima subit tumidas inflata Superbia venas,
 Proxima Avarities bella scelestas movet;
 Mox Gula subsequitur, funestaque praelia miscet;
 Huic jungit socias Ira proterva manus.
 Succedunt Furia, quas si comprehendere coner;
 Icariae numerum dicere coner aquae.
 Diva potens Erebi, notum tueare sodalem,
 Atque doma stygii monstra superba lacus.
 Ni facis, o Virgo, superest spes nulla salutis,
 Araque fortunae non erit ulla mex.

Beata Virgo ad Sodalem Tricoronatum.

Programma. *Virgopotens. Anagrammia. Protego sinu.*

O Nimium dilecte Deo, Nobisque Sodalis,
 Cui pulcrum nomen eterna Corona dedit:
 Parce metu; rabidus ne lacerare possit Avernus,
 Teque, meosque sinu protego Virgo potens.

§. 10.

MATERIA PRO PREMIO GRÆCO
 IISDEM SYNTAXISTIS DICTATA.

Pallas Discipulis suis salutem.

Carissimi Discipuli mei, si velitis consequi scientiam, debetis timere Deum vestrum; nam *Initium sapientiae est timor Domini*: Ille verò timet suum Deum, qui potius vult omnia hujus mundi bona, & omnium hominum favorem, & suam vitam amittere, quam supremum numen peccato aliquo offendere. Etiam scholae, quas frequentatis, non patiuntur Adolescentes dytcolos. Quare si velitis esse mei Discipuli, necesse est, ut Deum timeatis.

VERSIO IN GRÆCUM.

Παλλας τοῖς μαθηταῖς ὑο χαίρειν,

Ἐραγιηότατοι μαθηταί μὲ, εἰ τῆς ἐπισήμης τυχεράναι βέλεσθε τὸν θεὸν ὑμῶν φοβέσθαι ὀφείλετε. ἀρχὴ γὰρ σοφίας φοβέσθαι τὸν κύριον. οἷ μᾶλλον τὰ πάντα τῆς κόσμου ὄντα, καὶ τὴν τῶν πάντων ἀνθρώπων χάριν καὶ τὸν ἕβιον ἀποβάλλειν, ἢ τῷ ὑπερίτερο θεῷ τῇ ἀμαρτία τινὶ προσκρούσασθαι βελομένοσ: τὸ ὡθιὸν εἶδει. καὶ εἰς ἀποιεταδιδασκαλίαι, μὴ πάχει τοὺς δυσκόλους τῶν μεράνων. οἷ τῷ βελομένοσ εἶναι μαθηταί μὲ, ἵνα τὸν θεὸν δέιδγη, ἀναγκᾶν ἐσ.

Dießer Sohn Tobias, es ist mir allzeit ein grosse Freud gewesen zu sehen / daß du gemäß den Ermahnungen / welche ich dir / als du noch ein Kind warest / gegeben hab / bis auff diese Stund gelebt hast. Es scheint / daß ich bald die Welt segnen werd / weil ich ganz alt bin / und die Kräfte mit hab / die Beschwerden des aufgemergelten Leibs länger zu übertragen ; deswegen hab ich gedacht ich musie ich und meiner Schuldigkeit nach dir meinen letzten Willen erklären. So lang du leben wirst / habe Gott für Augen / und habe Sorg / daß du niemal in eine Sünd bewilligest. Du solst wissen / daß dir mehr soll angelegen seyn / diese Lehr ins werck zu stellen / als dein eigen Leben für alle gefahr selbiges zu verlihren / zu bewahren : dan welcher nach vergessener Forcht Gottes / und nach außgethaner Schamhaftigkeit sich nit schewet zu sündigen / wird zwar underweikens in dieser welt glücklich seyn / und an allen sachen ubersuß haben ; aber er wird nach dieses Leben seine Seel verlihren / welche dem Sohn Gottes so vil Bluts / ja seyn leben gekost hat zu erlösen / und wird von seinem eigenem Gewissen wegen den Lasteren uberzeuget / in die Höll gestürzt werden / allda mit allerhand Tormenten / so in Ewigkeit dauern werden / gepeynigt zu werden. Folge diese deines Vatters Ermahnung / und du wirst in aller Widerwertigkeit / wan du gedencen wirst / daß du nichts ubels gethan hast / getroßt werden. wan du aber den kauff deines Leben wirst vollendt haben / und zu sterben kommen / wirstu zum Himmel auffgenommen werden / dich mit mir / wie ich verhoffe / in Ewigkeit zu erfreuen.

VERSIO IN LATINUM.

Mi Fili Tobia, magno mihi gaudio semper fuit videre, quod vitam admonitionibus, quas tibi adhuc puero dedi, consentaneam, in haec usque horas traduxeris. Videor brevi meum diem obiturus, quia ingravescente jam aetate vires non habeo pares molestiis exhausti corporis diutius perferendis; quare tibi modò supremam voluntatem meam pro munere tuo exponendam esse putavi. Omnibus diebus vita tua in mente habeo Deum, & cave, ne aliquando peccato consentias. Illud tibi velim persuadeas, quod majori tibi cura esse debeat, hanc doctrinam in opus redigere, quam vitam tuam ab omni illius amittendae periculo synceram, integramque conservare. Quisquis enim Dei timorem oblitus, & exiurus omni pudore non dubitat animum suum peccatis obstringere, ille quidem in hac vita sibiinde prospera usque fortunâ rerum omnium copiam abundabit; verum post hanc vitam anima sua, quae Dei Filio tam multo sanguine, imò suâ vitâ constitit redimenda, iacturam facies, atque à propriâ conscientia scelerum

convictus, in rogos infernales, variis ibidem cruciandus tormentis, in omne ævum duraturis præcipitabitur. Hanc tui Parentis admonitionem sequere, & recordatio bene factorum tuorum in omni adversæ fortunæ casu tuum animum consolabitur. Si verò cursum tuæ vitæ emensus fueris, & dies supremus tibi explendus venerit, ad cælum evocaberis, mecum, uti confido, in omnem æternitatem gavifurus.

S. 12.

in infima Grammatices Discipulis pro præmio dictata

Blanca Ludovico suo.

Lieber Sohn Ludwig/ ich glaub/ daß du noch nicht vergessen sehest der Ermahnung/welche ich/ angetrieben aus Lieb deines Heils/dir gegeben hab zu der Zeit/ zu welcher ich dich deinem Præceptor, einem verständigen/und frommen Mann/anbe-sohlen hab/die freye Künsten gelehrt zu werden. Weil selbige Ermahnung einem jedwederen Menschen/ welcher begierig ist die ewige Seeligkeit zu erlangen/ höchst vornehm ist / und leichtlich von den jungen Leuthen vergessen wird / hab ich das Ampt einer redlicher Mutter noch einmahl vertreten wollen/ und dich der gegebe-ner Lehr noch einmahl ermahnen. Vor allen Sachen solst du Sorg tragen/ daß du deine Seel/ welche dem Sohn Gottes so viel Bluts gekost hat zu erlösen/ von aller Sünd frey bewahrest. Wan du dieser Lehr wirst Plak geben/wirstu nicht in die ewige/von Gott den Sünderen gedrehte/Straff fallen/ sonderen wirst mit der Gnaden Gottes geziehrt/ der ewigen Seligkeit im Himmel theilhaftig gemacht werden.

VERSIO IN LATINUM.

Crede, mi Fili Ludovice, te nondum esse oblitum admonitionis, quam ego, tua salutis amore impulsus, tibi dedi illo tempore, quo te tuo Præceptor, non exigua prudentiæ, magnæque probitatis viro, liberales artes docendum commendavi. Quoniam hac admonitione cuius hominum, æternâ beatitudine potiundi cupido, maximè opus est, eamque teneræ adhuc ætatis homines faciliè obliviscuntur, volui adhuc semel officio veræ Matris perfungi, & te tibi data doctrinæ iterum admonere. Ante omnia curam geras velim, ut animam tuam, quæ Filio Dei tam multo sanguine constitit redimenda, omni peccato mortali liberam, immunemque conserves. Si huic doctrinæ morem geseris, nunquam in æternam, quam Deus peccatoribus minatus est, pœnam incidēs; sed gratiâ Dei præditus, æternæ in cælo beatitudinis particeps efficiēs.

Epistola dictata...
und gewöhen zu stehen...
in noch ein...
sichem daß ich...
in mit hab/ die...
begreuen hab ich...
einen Willen...
Sorg/ daß du...
angelegen ist...
selbigen zu...
is/ und nach...
post andern...
aber von d...
so viel Bluts...
wollen reger...
and Torment...
deines Vaters...
gedenken wirst...
den wußt dem...
Punct auf...
U. A.
te, quod vitam...
in hac...
ingavelere...
petendis, quo...
exponendam...
re, ne aliquando...
ibi curæ esse...
illius amittentis...
dei timorem...
s oblitare, ille...
cepit ab...
sanguine, nisi...
cælesti...
100

Pallas Literata cum novem Musis inter bene meritos Adolescentes laboris, ac diligentia præmia distribuit.

P E R S O N Æ.

- A**ntonius Mainone Colon. Poëta. *Thalia.*
 Joannes Jacobus Dulman Colon. Poëta. *Melpomene.*
 Arnoldus Wendels Colon. Syntaxista. *Clio.*
 Joannes Gerardus Königshoffen Colon. Syntax. *Pallas.*
 Joannes Matthias Tröster Colon. Syntax. *Calliope.*
 Joannes Petrus Wendels Colon. Syntax. *Ephebus primus.*
 Casparus Josephus von Wintersdorff Colon. Secund. *Erato.*
 Joannes Reinoldus Schönitz Colon. Secundanus. *Euterpe.*
 Joannes Wolterus Neuman Colon. Secund. *Terpsichore.*
 Gerardus Michaël von Jabach Colon. Infim. *Polymnia.*
 Joannes Petrus Flor Colon. Infim. *Urania.*
 Henricus Franciscus Josephus von Beyweg Col. Tiro. *Ephebus 2. dus.*

Pallas. Amœna linquens culminis docti loca,
 Adsum Minerva, Gymnadem caram mihi,
 Et quam Corona nobilem triplex facit,
 Subseo palæstram, merita studiosi ferens
 Præmia laboris, quando stant clausæ fores
 Dei bifrontis, pôstque centenas nives
 Ægris refulget seculum terris novum.
 Agite Sodales, ista nam vobis fuit
 Commisfa cura, præmiis dignos coli
 Docete, quique ceteris præstant magis.

Chorus Cognata Superis DIVA, Parnasi decus,
Musarum. Cohors novena nutibus servit tuis.
Clio. Ergo coronis dignior pubes veni,
 Et cape labori debitas palmas tuo,
 Pulcrumque honorem, nulla quem minuet dies.
Pallas. Thalia, vel tu docta Melpomene, quia
 Vestrum est Theatrum, vester est præfens dies,
 Initia facite.

Melpo-

Melpomene. Quod igitur felix, faustumque sit omnibus Gymnasii Tricoronati Discipulis, atque ad emolumentum hujus Literariae Domus evenire velint Superi. Ab Illustrissimâ, Prænobili, Nobili, Frequentissimâque Rhetorices Classe exordium facimus.

Didicere, & de memoriâ sine lapsu reddere sacrum Canisii Compendium 7. eorum supra 40. nomina eorum vid. supra fol. 36.

Qui ordine ultimus omnium fuit, forte factus est omnium primus, Ingenuus, pius, modestus, magnæque spei Adolescens
VINANDUS MANHEIM Colon.

ACCLAMATIO.

Tot socios inter cum fors tibi faverit uni,

Quam tibi nascenti stella serena fuit?

Stella serena fuit. Sed qualis? candida Luna:

Sed quora? non (a) quarta, at Luna secunda fuit.

(a) Putabant veteres Poeta, eos, qui Lunam quarta nascuntur, infelices esse, eò quod Hercules, tot laboribus & arumnis fatigatus, illam Lunam in lucem prodierit.

Melpomene. In campo eloquentiae decertatum est acriter à Rhetoribus Tricoronatis non gladio; sed calamo, quis omnium optime lectionem (b) de timore Domini & didicisset, & aliis discendam efficacius persuadere posset. Victor omnium fuit, palmam non unam, superiorum annorum victoriis nobilibus, diligentiam & doctrinam nulli secundus, quia compositione pro magistratu per annum frequentissime omnium primus, modestiam pariter & pietatem commendandus Adolescens JOAN. PETRUS MERTENS Colon.

(b) Materiam de Timore Domini pro premio dictatam vide fol. 46.

ACCLAMATIO.

Cum sociis multis sis ausus bella movere

Solus, cor magnum quis neget esse tibi?

Et tamen es timidus, docet & tua penna Timorem:

Nimirum timidus grande cor esse solet.

Hoc tibi (c) doctrina, hoc parva est palma Timore.

Scribe Maro: timidos (d) fors generosa juvat.

(c) Initium sapientiae est Timor Domini. (d) Audaces fortuna juvat. Virgilius lib. 10. Aeneid.

Uiso. Uni Petro, velut principi, cedere debuit, nulli tamen aliorum voluit, probitate morum, & scientiam Eloquentiae dignissimus Adolescens, qui ex campo Rhetorico in arenam Philosophicam transferatur MICHAEL PICCERT Clervaniensis.

ACCLA-

ne meritos Al-
ta distribuit.
E.
Melpomene.
ca. Petu.
dige.
supprimi.
scund. Erato.
as, Euterpe.
erpsichore,
Polymnia.
ol. Tiro. Epithymia.
muis.
tinet dies.
a
cuis dies.
Melp

ACCLAMATIO.

*Causa manus Logico est; habes illam Rhetor apertam:
Quod tu sis Rhetor signat aperta manus.
Rhetor es; at Logicus fieri de Rhetore dignus;
Ut sit clausa manus, debita dona cape.*

Hos duos proxime secuti sunt; sed non assecuti indefessi laboris, ac probata pietatis laudam pro merito Adolescentes: Franc. Theod. Mazza ex Bergerhausen. Joan. du Marteau Liguient. Henr. Finck Clervanient. Jac. Franck Colon. Michaël Lullingen Clervanient. Remboldus Wolput Colon. Henr. Mertens Colon. Certare pro laurea etiam potuisset, sed modo per impedimentum interese certamina licuisset, mox commendandus Adolescens Franc. Coar. Hartzheim Colon.

*Erato. Ex campo Eloquentiae itum fuit ad montem Parnasum, ubi Rhetores, facti Poetae Lyrici (e) pro Patria & Urbe Colonienfi, ac praecipue pro incolumitate Gymnasii Tricoronati carmen seculare ad Magistram suam Mariam certatim cecinerunt Apollinem cum Musis sua lyra rapuit, & palmam Condiscipulis praecipuit, omni commendatione major Adolescens FRANCISCUS CONRADUS HARTZHEIM Colon.
(e) Materiam carminis; vide fol. 52.*

ACCLAMATIO.

*Cum fluereut plenis nuper tibi carmina venis,
Et caneres tuavi pestine, & ore gravi:
Per juga diffusae venere ad cantica Musae,
Et stupuit miram Turba novena lyram.
Una, scio & qualis, fertur dixisse Sodalis,
Quam multo est Tiro doctior ille viro?
Cynthiae haec audit: Neo-Vati hoc carmine plaudit:
Cresce, & vive solo, postea vive polo.*

Erato. Haec eadem vota tam pulcre cecinit, ut totus Musarum chorus secundam ei palmam adjudicaverit, nomine victoriosus, ac pietatis, & literarum studio laudandus Adolescens NICOLAUS JACOBUS GUMMERSBACH Colon.

ACCLAMATIO.

*Pro Superis nota fecisti Gymnade vota,
Nec pennam terra scripta fuere metra.*

Mine



M O R S
BEATISSIMÆ VIRGINIS
M A R I Æ.

144
*Petrus Schnepf
Hesperidosciens*

JAm dudum fuerat nati post fara superstes
Diva parens, cœlique altos spirabat amorés,
Tempore nocturno, cum plurima sydera fulgent
Cum sylvarumque urbisque silent, & fessa labore
Accipiunt placidos mortalia pectora somnos
Tum pater æterno Mariæ succensus amore
Alloquitur facie insignem & fulgentibus alis:
Fide vigil pars militiæ fortissima nostræ
Huc animum converte, atque hæc sub pectore versa:
Est urbes phœnicum inter latæque fluentem
Jordanum Regio nostris sat cognita sacris
Judæam appellant, armisque & lege potentem;
Hic claris exorta ætavis, varumque Ducumque
Antiquum genus, & dignis licet aucta Hymenæis
Pectoris illæsum Virgo, materque benigna
Nati unigeniti, castas hæc jussus ad aures
Affare, & pulchris cunctantem hortatibus imple:
Hactenus ô Virgo terris & paupere tecto
Incoluisse sat est, tandem lux alma statuta est
Quæ regnare pòlis, altoque effulgere Divum
Concilio, & sacros æternum habitare penates
Cœlicolum Rector jussit, sic ore profatus
Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.
Mox ales Zephyris altum per inane vocatis
Carpit iter, scindit nebulas, atque aëra tranat,
Ima petens, pronusque leves vix commovet alas,
Et tandem ex alto juvenis demissus olympo
Purpureos retegat vultus, numenque professus
Incessuque, habituque, ingentes explicat alas
Ac tectis latè insuetum diffundit odorem
Mox prior hæc: oculis salve lux debita nostris

†

Jam-

Jam pridem notum cælo jubar, optima Virgo
 Cui sese tot dona, tot explicuere merenti
 Divitiæ superum; quidquid rectique probique
 Aeterna de mente fluit: purissima quidquid
 Ad terras summo veniens sapientia cælo
 Fert secum, & plenis exundans gratia rivis
 Omnipotens in te mentemque effudit in alma
 Vita finis erit: posthac super æthera, & axem
 Sydeream Virgo pia transcriberis olympo.
 Dixerat illa animum sedato pectore firmans
 Substitit, & breviter placido sic ore locuta est.
Quod jubet omnipotens, cupit obsequiosa voluntas:
En adlum, accipio venerans mandata tuumque
Magne parens votum, mihi iussa capessere fas est:
Interea properans volucer pulcherrimus alis
Jam procul æquatis discesserat, altaque nabat
Per loca, cum Virgo celsis in nubibus illum
Alternantem humeros videt, atque immensa secantem
Ventorum spatia, & jam versicolore per auras
Fulgentem plumâ, & cæli convexa petentem
Quem demum tali aspectans sermone secuta est:
Magne ales, celsi decus ætheris, in via rerum
Qui penetras, longèque & nubila linqvis & Euros
Antevolans, læto seu te felicia tractu
Sydera, quæque suos volvuntur signa per orbis:
Expectant redeuntem, alti seu certa reposcit
Crystalli domus, & vitrei plaga lucida Regni
Seu propiora vocant supremo testa tonanti
Quâ patet in summum Regio flammantis olympi
Teque amor & liquidis flagrans alit ignibus aura,
I precor, & promptam testis deserto voluntam:
Vix ea fata parens fuerat, subitoque fragore
Intonuit polus, & de cælo lapsa per umbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit:
Tum Virgo exultans oculos ad sydera lætos
Extulit, & cælo palmas cum voce tetendit:
Magne parens Divum, nullâ pietate favore
Tanto digna fui, tamen hæc tua dextera præstat;
Quare ago, me famulam sisto ad tua dicta paratam:

Hæc

Hæc ait: & sentit grassantem in corpore febrem
 Augeri, & lethum paulatim inspergere membris
 Fatales undas: tum Petrum inclamat, & ore
 Incipit hæc: tandem fines portusque tenebo
 Sydereos, mundi mea cymba evadet ab undis
 Atque ad speratam sponsi me transvehet aulam:
 Mortales ponam formas, magnoque tonanti
 Æternum servire libet, jam nuumina paræ
 Postremo mihi sîla legunt, sic fata Simoni
 Expressit lachrymas imo de pectore natas:
 Ut primum internas vocis laxavit habenas
 O si inquit fratrum cœtus spectator adesset,
 Ut mecum insoliti caperet tormenta doloris:
 Vix ea fatus erat quando (mirabile visu)
 Illico adest pia turba virum, stupescitque circum
 Fatalem stat lege torum, dirumque recenset
 Divinæ Genitricis onus, quæ talia reddit:
 Exoptata cohors, advenit meta laborum
 Intentat libitina necem, trux Clotho propinquos
 Fert infausta pedes, ne me ergo ad celsa ferendam
 Atria, cœlicolum, postremo desere phœt;
 Dixerat, atque graves conata attollere vultus
 Deficit, & gemitu per partes volvitur omnes
 Interea Eois hæc spectans Phœbus ab undis
 Fata, indignantes retro convertere currus
 Opravit, frustra que suis luctatus habenis
 Quod potuit tandem, auratos ferrugine crines
 Infecit, mœstamque diu sine lumine frontem
 Cum gemitu ostendit terris, quin ipsa nigrauit
 Fratris ab ore timens, & tanto concita casu
 Cinthia, cæruleo vultus obnubuit amictu
 Avertitque oculos, lachrymasque effudit inanes
 Ipsa parens tellus tanto concussa dolore
 Illachrymans, fessæque Deæ morientia cernens
 Lumina, crudeles terras, crudelia dixit
 Sydera, crudelem sese quod talia spectet
 Omnia sic implens luctu mœstoque ululatu
 Incipit, & duris figit simul oscula faxis
 Exclamans, quis me miseram, quis culmine tanto

Dejectam subitis involvit Virgo procellis
 Virgo animi robur, sanguis meus, unde repente
 Hæc fera tempestas, cûi conquerar, horrida cruda
 Immitis nimium, trux, barbara terribilis mors:
 Dixerat hæc tellus, nec enim tolerare dolorem
 Ulterius potuit, nec fari plura, suumque
 Rettulit os in se propioraque manibus antra.

MORS ET ASSUMPTIO.

Auratum interea culmen biparentis olympi
 Conscendit genitor, rerum inviolata potestas
 Læta fovens tacito sub pectore: mox jubet omnes
 Ad sese acciri superos: volat æthere toto
 Cœlicolum glomerata manus quot sydera cœlo
 Ipse sedens humeris chlamydem fulgentibus aptat
 Ingentem & cœlum pariter terrasque regentem
 Quam quondam (ut perhibent) vigilans noctesque diesque
 Ipsa suo rerum nevit natura tonanti
 Adjecitque sacræ decus admirabile telæ
 Per medium, perque extremas subtegminis oras
 Immortale aurum intexens grandæscque smaragdos:
 Hic postquam Aligeros gemmata sedilia cœtus
 Accepere, pater, folio venerandus ab aureo
 Infit, eo dicente Deum domus alta silescit
 Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther,
 Tum Zephyri posuere, premit placida æquora pontus
 Ætherei proceres, nostis succumbere parcis
 Matrem unigeniti, superasque evolvere sedes
 Pectore flagranti, tantos tolerare dolores
 Ulterius mens nostra vetat, diadema decorum
 Bis senis capiat stellis, vestrosque triumphos
 Agnoscat vultu, & nostras referatur ad oras.
 Dixit, lætitiâ choreis tum forte vacantem
 Advocat (hæc magni motusque animosque tonantis
 Temperat, & vultum discussâ nube serenat)
 Lætitiâ, quæ cœlicolum per limina semper
 Discursat, raroque inas petit hospita terras,
 Curarumque experts, lachrymasque exosa virago

Exultat, totoque abigit suspiria cœlo
 Ut stetit ante Patrem, terrasque accedere iussa est,
 Mobilibus pictas humeris accommodat alas,
 Lenimenque viæ comites vocat, ilicet adsunt
 Jucundæ visu facies, cantusque, chorique,
 Gaudiaque, & plausus, & honestis ignibus ardens
 Rectus amor, quem nuda fides, spesque infcisa luctus
 Vadentem mira unanimes pietate sorores
 Observant, sequitur mox inculpata voluptas
 Gratiaque, & niveam suadens concordia pacem,
 Cumque propinquasset portæ, quæ maxima cœlo
 Dicitur, aeternumque micat radicata coruscis
 Astrorum signis, horæ properantibus alis
 Succinctæ occurrunt, queis ostia credita cœli,
 Protinus aratos impulsio cardine postes
 Cum sonitu, magnoque polos quassante fragore
 Præpandunt obnixæ humeris, volat illa per auras
 Exortâ sub luce nitens: vestigia terris
 Ut primum posuit (sic Princeps iussit olympi)
 Se Mariz immisit rectis, atque omnia latè
 Perlustrans, tacitis oculis loca, concutit alas
 Applaudens, pictosque sinus sub murice jaetans
 Tunc ait excelsi decus ætheris aurea mater
 Erigere audacter, mentemque resume cadentem,
 Angelicus stat Dia chorus, stat summus olympi
 Arbitet, atque tuis diadema micantibus aprat
 Crinibus, & natus castis te amplectitur ulnis
 Hûic animam trade alma tuam, sic voce profata
 Læticia, at genitrix animum confirmat; & inquit:
 Nate quis invisus matri, te tempore tanto
 Surripuit? tandemne oculos mœrore narantes
 Fessaque membra toro dulci solamine tergis?
 Omihî, suavîs amor, mœror procul omnis in aura
 Secessit fugiens; animam cape nate Parentis
 Et quoties mortale genus per viscera matris
 Assiduasque preces mortemque rogaverit, alto
 Exaudi folio, moriens hæc ultima mater
 Dixerat, & manibus Jesum, complexa tenebat,
 Qui paucis hæc verba refert, quæcunque cupisti

Dira

ente
 a croda
 mors;
 rem
 ra,
 PTIO,
 lympi
 a potestas
 et amnes
 a cœlo
 bus apert
 gentem
 as nocteque disloque
 nis oris
 dimagges:
 ratur
 eo
 et,
 quora potius
 cis
 ledes
 res
 occurant
 imphico
 al oras
 ntem
 melique resonat
 arent)
 ia semper
 a terra;
 sanda virgo

Diva parens, nullo Rector mundi abnuet ævo
 Leticiam spira mortalesque erue formas
 Sic fatus totum divino corpus odore
 Uaxit, & ambrosiâ cum dulci nectare mixtâ
 Contigit os, fecitque Deam, dehinc inter amicos
 Altrorum plausus, & gaudia mille polorum
 Angelicosque choro, cantusque per æthra strepentes
 Corpore conjunctam secum super aëra duxit
 Immortali animam applaudens, folioque Supremi
 Numinis auratâ vicinam in sede locavit
 Sydereos supra proceres sanctosque senatus
 Sub pedibusque dedit stellantia cernere claustra.
 Plaudite cœlestes genii, lætisque triumphis
 Festivum celebrate diem, sustollite voces
 Jucundum resonate melos, conjungite dextras,
 Ducite per cœlum chœreas, perque atria lætum
 Clangat io, queiscunque polus stat fulgidus aëtris,
 Quisquis in Empyreo residet sacer incola cœlo
 Plaudat in occursum Dominæ, stellata triumphans
 Sidera, & Angelicus resonet concentibus axis:
 Est ea, sacratæ triados, cui Nuncius olim
 Optatum portavit Ave, quæ numen ab alto
 Virgineo excepit gremio, quam plurima circum
 Agmina stabatis superi, quando illa volutum
 Panniculis, quando profugum latronis ab astu,
 Quando laborantem manibus, Regni que superni,
 Præconem, quando plagas, & vulnera, spinas,
 Et genus omne mali, mortemque crucemque ferentem
 Fida vias genitrix, natum est comitata per omnes.
 Jam divina parens folio sublimis Eburno
 Cernitur, irradiat bis senis lucida stellis
 Quam scintillantes interfinxere schmarachdi
 Digna corona caput, collustrant aurea sacram
 Sceptra, marium, clarum fundit de corpore solem,
 Et toto spirat Majestas Regia vultu
 Innumeros videas volucris de stirpe ministros
 Reginæ stipare latus: non invidet ullus
 (Nam pridem cœlo cecidit telluris in unum
 Turba superba chaos) læti sed matris honore

In nato Matrem, Reginam in Rege celebrant.
 Si licet ô Regina potens! nec spernis amantem
 Angelicos inter plausus, variosque triumphos
 Vox famuli sonet unâ tui, quæ nomina vestris
 Prometiis condigna dabo, tibi gloria Virgo:
 Post triadem supremus honor, tibi sponsa tonantis
 Nata, simulque parens incurvet spiritus omnis
 Omne genu, (famulo faveas) ô diva triumphæ
 Et Rege perpetuos felix Regina per annos.

Pro Resistencia contra Carnem, Mundum,
 Dæmonem implorat Cliens ad Beatif-

simam Virginem Mariam.

Pro a Deo Genitrici o Maria Mater Mti.

Heu Miserum! quantis agitur miseranda procellis
 Undarum volvenda freto, rabidoque tumultu
 Mens nostra, hostiles surgunt ingentibus ausis
 Undique conventus, & prælia sæva minantur
 Hinc sua mendaci mundus suffusa veneno
 Tela ferit, corpusque regit sub mûnicis umbrâ,
 Hinc rabidis dæmon furiis accensus, & irâ
 Terribilis fera bella movet, gelidumque pavore
 Terret atrox animum, & stygium rotat impius Ensem,
 Hinc caro blandiloquis seducit motibus audax
 Mentem animumque meum & virus placido ore propinat
 Non ita turba Cæcum nemora, inter densa vagantes
 Insequitur cupido ore feras, quam turba inimicis
 Concitata odiis in me (prò hisco timore)
 Involat æternam minitans animæ horrida noctem.
 Mens dubiis percussa pavet, titubatque, tremittque
 Dum curæ ambigæ dum spes incerta futuri est:
 Jam modo desperat, modo vult tentare, pudetque,
 Et cupit, & quid agat non invenit, utque securi
 Saucia trabs ingens, ubi plaga novissima restat,
 Quo cadat in dubio est, omnique à parte timerur,
 Sic animus vario labefactus vulnere nutat.
 Scilicet occidimus fatis, spes nulla salutis,
 Nulla medela datur, dum profero verba, sagittam

*Cliens cave mun
 et dæmonem, et d
 vides exstimulare
 confer ad B. V. g
 epus cybinnus
 a remedium*

optima similibus

Inter-

Intentat fors atra mihi, mortemque minatur:
 Ah falci succumbo necis! ni rebus in arctis
 Adferat auxilium genitrix augusta tonantis
 Quid despero igitur; spero in te Virgo Maria
 Tu mihi praesidium, & rerum tutela mearum
 Tu clypeus columenque meum, tu certa salutis
 Anchora, tu statio ruti placidissima portus
 Magna parens, tu sola mei fiducia casus
 O adsis gressuque veni pia Virgo secundo
 Consolare inopem miserisque laboribus adfer
 Suppetias, & opem, miseri te si qua clientis
 Tangere cura potest, oro miserere cadentis
 Sola infernales rumpis Regina catervas
 Et stygiis immittis aquis, tu sola furentes
 Terrenis arces patriis, dextraque potente
 Itasque insidialque & noxia crimina cordi
 Umbrarumque patrem stygiis demergis in antris;
 Ergo age, demissi sunt haec postrema clientis
 Vota, rebellantes carnis compesce furores
 Ignavasque faces veneris, quaeque arma cupido
 In mea fata gerit, genitrix augusta retunde
 Mundique illecebris, ne fors penetrabilia cordis
 Obsidio teneant, aditum prohibeto profanum
 Directamque viam stygiis occludes Tyrannis
 Quae captam ru pro squalle acheronte vorago
 Infelicem animam deglutiat; aurea mater
 Exaudi gemitus & rumpnosumque clientem,
 Pro quibus exactis tibi verba, gravesque labores
 Assiduasque preces, sensusque, manusque, pedesque,
 Ingeniumque, caputque, artusque, meosque lacertos
 Devoevo, & propriam trado cum sanguine vitam,
 Supremoque animam potiore in corpore partem.

FINIS.

AD MOMUM.

Si quid habes melius Mome, probare decet

Operâ & labore HERMANNI SEBUS.

Levenau oppido Clivensi Embria 3 hori Dylande obiit.